



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

811501

CATECHISMVS,

ID EST

SCATHOLICA

Christiane Iuuentutis Institutio.

Autore M. Emondo Augerio, Societatis
I E S V Theologo.




LUTETIAE.

*Apud Sebastianum Niellum, in via
Jacobae, sub Ciconiis.*

1568.

QVM PRIVILEGIO REGIS.



Summa Priuilegij.

Cautū est Christianissimi Regis Priuilegio, ne quisquā vel excudat, vel excusos alibi diuēdat libros quoniam idiomate in lucem editos, vel tralatos à M. E-mondo Augerio, societatis I B S V Theologo, ante nouenniū, à prima cuiusque operis editione, nisi ex eius permisso ac voluntate: quod ille Sebastianus Niuellio, in Graci, Latini, & Gallici Catechismi sui impressione libenter imperit. Qui secus faxit, multaq; amplissimo diplomate indicta, pletitor. Lutetiae 22. July 1568.

*Subscriptum, Par le Roy à la relation
du Conseil, Deneufville.*

811501

CAROLO LO.

THARINGO PRIN-
cipi & Cardinali amplissi-
mo, Emondus Auge-
rius. S. P. D.

I res ipsa, quam hoc exiguo li-
bello complectimur, optime
Princeps, ac sapientissime
Cardinalis, præstatio & gra-
tuate sua proximè ad munus ac dignita-
tem tuam non accederet, fecissim sancè, quod
plerique solent, ne hac opera nostra tuo no-
mini, sine magna ac multiplici commenda-
tione dicaretur: Sed cum multò anticè com-
perissim, quanta cupiditate animi, metho-
dum omnem exciperes, qua formanda pie-
tati, & religioni conseruandæ esset idonea,
vereri non debui, ne qui in summo Catho-
lica Ecclesiae confessu, Tridenti, nō ita pri-
dem sanctissimè persuasissè, ut xgetn-

t ij

Xnōis, hoc est forma tradēdā fidei Christia-
na, (quā ex tua principe familia sanguine
suo tām multi confirmarunt) ederetur, no-
strum hunc labore, non libēter admitteres,
quem cū Gallis initio nostris, quatuor ab-
hinc annis suscepissim, & Carolo Regi no-
stro exhibuissim, Latinū quidē nuper feci;
(sed ita vt nūc primū in luce exire videa-
tur) cōfilio & voluntate eorū, quibus nō in-
utilis videbatur futur⁹ etiā nationib⁹ ex-
teris, qua Caluini χριτυνγικὸ dogma
(hoc enim presertim insectāmur) attigis-
sent, Tibi verò (cuius summā virtutem cū
summa dignitate coniunctam mirificè ob-
seruo) voto quodam nuncupauī, tūm quōd
tām afflīcta, ac prop̄e profligata Religioni
nostra orthodoxae, in hoc Regno instauran-
dā tu felici imprimis industria, ac præsen-
ti periculo (nec enim minus furiosè perduel-
les Caluinistæ necem ex insidiis tuam ter-
ra mariq; moliuntur, quā scelēstissimi quō-
dam Arriani, optimum ac fortissimum,

Athanasiū varic ad cædem quaſierunt)
apud ſuauissimum Regem noſtrum, ac ſe-
reniſſimam Reginam eius matrem turbu-
lentiſſimiſ his temporib⁹, incumbis, tūm
quòd omnium maximè, qui fuerūt in Gal-
lia, Cardinalium, vnuſ ferè ſemper extie-
ris, quem omnes omnium ordinum homines
(ſi aliena te rationes non impediſcrunt) de
rebus iis qua libello noſtro explicantur co-
piosè, & ſapienter diſferentem paſſim au-
diuerunt, ea potiſſimū tempeſtate, atque iis
auſpiciis, vt neque fructus vnuquam illius
tui laboris intereat, neque minoris notæ ſa-
cerdotibus defuturus fit animus, ad ea pro
ſuo cuiq; ordine obeunda, in quibus te tā-
quā ducem, tam conſtanter verſatum eſſe
incenſerūt. Quamobrē mihi magis oppor-
tunum videtur eſſe, dictionem hanc noſtrā
omnem traſferre ad ea percenſenda qua ge-
nus hoc doctrina & antiquiſſimum &
ſaluberrimum eſſe demonstrare queāt. Ni-
bilenim eſt quòd Lutheranae ſchola antiſti-

fles tām petulanter apud suos exultent; et
 in suis κατηχήσεων προμήθοις glo-
 rientur, se nobis viam commonstrasse, ac
 duces extitisse ad hanc popularēm ac-
 simplicem iuuentutis nostrae, ac yeo φυ-
 τῶν institutionem. Nam ut eam nos per-
 retus tam cōsuetudinem iam inde ab Apo-
 stolo repetendam esse censemus, qui τὸς
 κατηχήσμένους τὸν λόγον, τῷ κατη-
 χοῦ πικρωνεῖν εν πάσῃ αγαθοῖς
 iubet, quod doctissimi loci illius interpre-
 tes ad praelatos quoque doctores retulere:
 Chrysobalide. (ne cuiquam munus hoc abiecta nota vi-
 deretur) sic illam tām accurate consequē-
 tium etiam theologi retinuerunt, vt qui
 magnum Ecclesia Christianæ operaprecium
 facere cuperent, ad κατηχησίαν ex episco-
 porum (quorum ne hic quidem cessabat in-
 dustria) præscriptio animum adiungerent.
 Hoc enim, ut pleraque omnia homines illi
 sapientissimi praelare animaduerterant,
 fidei quidem nostra vim ecclisie in animos.

nostros labi, nullaque humana opera aut
studio nos eam emereri posse, sed ab optimo
omnium parente Deo, gratis instillari: ho-
mines tamen ita factos esse natura, ut &
facile abiiciant eorum memoriam quae alio
non infederint, & vix constantes esse pos-
sint in earum rerum amore, quas labore &
disciplina non fuerint assequunti, & nihil
tam perniciosum homini esse, q[uod] religionis
illius amicitia, in qua ideo sese cooptari
vel sua vel aliena prece flagitauit, ut illius
voluntati more gereret, qui sic amat Chri-
stianos, ne vel suarū legum ignoratione vel
contemptu fidem suam male vivendo labe-
factent. Nam cum Religionis nostra du-
plex sit principiū τὸ σχῆμα ut grauier
scripsit Iustinus, sic eam partem qua θεοὶ<sup>In expos. fidic.
seu de Tri-
nitate.</sup>
γνῶσθαι continetur, tanquam mysteriorum
omniū thesaurum, fide & περιστώσθαι
(ne nihil ei relinquamus) complectemur, ut
alterū caput, id est Συτολῶν φυλακὴν
καὶ μάθην, diligenter intelligamus. Et

+ iiiij

1

cum ea nos lege Petrus obstringat, ut quam
profitemur fidem aduersus omnes constanti
sermone pro sua quisque sorte tueamur, quo
pacto nos ipsos ad hac omnia comparabit
mus, nisi diuina huius χριστινοεως be
neficio, ex qua (ut sapienter Cyrillus) tan
quam ex της θεουθήκης πάναπλια,
¶ omne gen^o præsidij mutuabimur? Atq;
sic in eō se primi illi duces nostri gesserunt,
vt antequam b^aptismo tingerentur ij qui
jam ratiocinari & iudicare possent, sum
ma quadam capita Religionis nostra ac
curatè docerentur, vt in eo quod tum solem
ne solet iniri cum Deo fœdere, nihil à quo
quam temere cōmitteretur, si de rebus igno
tis & quæ aliqua ex parte non intelligeret,
votum nuncuparet. Qui mos postea anno
rum serie longissima sic inoleuit, vt vel re
cens prognatis, necdum quicquam agnoscē
tibus pueris, Catechismus ante baptismum
mutuo sacerdotis ac sponsorum colloquio
proponatur, ubi quid se sequi, quid respue-

re, quid credere & admittere velint, alieno
ore confidenter respondent. Illis igitur, sa-
cris iam aquis firma etate ablutis, & his,
postea quam intelligere ac fari cœpissent,
sanctissimi antistites nostri scholas ador-
narunt, ubi discerent ea, quibus ad vita
totius cursum Christianè instituendum vti-
possent. Nam & Irenæus ille magnus Lug-
duni Pontifex Polycarpum se præceptorem
habuisse scribit, & paulo vetustior Iusti-
mus martyr sanctissim⁹ suus Roma Ag-
reibiç aperuit. Neque Quadratus &
Aristides, duo lumina Gracia, minus ope-
ra in hanc rem Athenis collocarunt, quam
in apologeticis libellis profide quam susce-
perant cōscribendis. Neque Panthenus &
Clemens, Commodo imperante, cuiquam
borum omnium cesserunt in ea doctrina
parte exercenda, que χριτονοι attin-
git, sed eorum vierque Alexandrię, Deme-
trio Episcopo admittente, plurimum dili-
gentia ac laboris adhibuit, quorum dein-

Euseb. lib. 5.
ca. 20. & lib.
4. ca. 16.

Tertullia. de
Idolat.

Euseb. lib. 5.
ca. 9. & 10.
Clem. Sto.
lib. 1.
Orig. hom. 6.
in Iud.
Euseb. lib. 7.
ca. 32.
Niceph. lib.
5. ca. 18.

de vestigiis sic insisterunt ibidem Anatolius, Origenes, & Heraclas, ut nusquam
sunt maior ad Christianam religionem fieret concursus, nulla urbs plures Christo
fatuus gigneret Alexandria, ubi & Dionysius ille Alexandrinus, & post Athene-
norus, viri doctrinorum omni genere
exculti, κατηχηστοι munus non segnius
obierunt, quam eodem plane seculo Mal-
chior, Pauli Samosatheni expugnator, An-
tiochia, & Pamphilus Martyr Cesarea, in
sua palestra versati sunt. Cum vero iam
Romani principes manum Christo dedis-
sent, suisque leges, & edicta ad Catholicæ
Reip: commoditatem & splendorem trans-
ferrunt, dicinon potest quo passim studio
certarint Episcopi, ut ludi aperirentur, in
quibus ante profanarū artium scientiam,
diuinarum rerum rudimenta, diligenter
traderentur. Ac ne suis quidem schola, at-
que ut ita loqueror, κατηχηστοι sua
peruetustis hereticis defuere. Nam Basili-

Niceph. li. 5.
ca. 37.
Euseb. lib. 7.
ca. 39.

Dydimus a-
pud Euseb. li.
a. ca. 7
Basilios in
orat. in Cz-
satrum.
Euseb. Emis.
apud Soso.
lib. 3. ca. 8.

des, & Saturninus, in hoc genere aucupandi populares animos, se strenue exercuerunt, & post Valentinum, Bardesanes mirifice in eo insaniit, ut Lutherani & Calvinistæ intelligent, non recentem eorum esse ad omne fraudis genus officinationem, sed multa iam ariè iisdem notis designatam, ac similibus deinde sceleribus exædificatam. Sed & Diuus planè Cyrillus quid in Palestina, ac Orientis Ecclesia fieri soleret, sua etate disertè indicat eruditissimo illo sacrarū χετηχίσεω volumine, quo quid grauius & teneris tamē adhuc φωτιοθέν των antimis magis accommodatum posset esse nescio, sed ut vero simile est, nō hanc primā omnium formulam ab eo, nullo maiorum exemplo, fuisse editam, ita non fuit ille postremus quis scriptis & sermone buiusmodi suos in Grecia institueret. Id enim studium tam vehemens & præcipuum fuit in Africa Doctissimo eidem & sanctissimo viro Augustino, ut iusto satis libro eleganter docuerit.

Euseb. li. 4.
cap. 29.
Niceph. li. 4.
cap. a.

quid & qua methodo rudibus Christianorum, aut eorum qui tales esse vellent ingenii, à Catechista proponi deberet, quem sic ille ad sui normā effingit, ut recte sensisse videatur, vix hac doctrina cōsuetudine in Ecclesia Dei salubrius quicquam esse posse. Quod si quid in eo nongentis ab hinc annis maiores nostri effecerint, nobis non ita forasse ex eorum monumentis consticerit, inueniamur oculis quam exiguo temporis intervallo veterem idolomaniam, animis hominum tot statibus infixam, euilserint, quam multas easque pernicioſſimas opiniones à flagitioſſimis hominibus importatas atque disseminatas dissiparint, quot urbes, provincias, ac Regna Christo vel quæsierint, vel iam quæsita, sed latè vastata, restituerint, & intelligamus nō aliam eos rationem inisse, quam ut cum lacte pendentes Christi doctrinam sugerent pueri, quā ad ultimum usque vitæ finem cōstanter reuinerent, propterea quod illi recte instituti,

tum sunt Christianæ Ecclesiæ seminarium,
ne quandiuissimè conseruetur, quam Re-
rum pub. è πτιτέ χισμα, ut earum au-
toritas ac splendor quam lauissimè diffun-
datur. Norat hoc nefarius illè ac impius
Maximinus, dum sacrilega & à Θεως cō-
facta in Christum acta pueris in ludo pro-
poni imberet ad delendam ex hominum pe-
ctoribus pietatem orthodoxam, quod nihil
tum alio memoria nostræ bareat, quā quod
pertinaci studio prima etate didicerimus,
neque usquam ferè inclinare iam orbe, tum
in eare sed autem est, quam in Gallia nostra,
vbi si quid roboris & constantiae in pro-
pugnanda atque conseruanda Religionis
autæ dignitate, posteritas temerario auda-
cissimorum hominum furori obiecit, debet
sanè secundum Deum id accepit ferre sin-
gulari curæ ac soliciudini quam maiores
sui, id est nostri, tot passim extructis Colle-
giis, tata vi optimorum præceptorum com-
parata, tot denique librī in lucem editis iac-

Euseb. lib. 9.
cap. 1. & 3.

eam rem collocauit. Hinc ille mos peruetus
stus Christiani parochi, diebus dominicis
in suorum confessu, dum sacrificia diuina
peraguntur, Symbolum Apostolicum, ac De-
calogum recitandi, & Dominican oratio-
nem, ac Sacramenta legis nostrae edifferendi,
hinc tot eius rei sermone patrio, vulgo in-
culcandæ leges, in synodis olim editæ, hinc
denique tot compendia annis abhinc fermè
ducentis eadē re conscripta sunt, quæ cùm
alibi certè, tūm verò magno usus fuerunt iis
in locis, quæ Hispaniarū, ac Lusitanæ Re-
gum armis ultra Oceanum, atque intra ip-
sos Asiae fines nulli anteā peruios, Christo
subiecta sunt. Quid enim necesse est in tan-
ta luce rerum commemorare, quot hominum
millia hic diuinæ κατηχήσεως usus
Christo lucrifici, quantoque Christianæ fi-
dei ardore homines illos incendit, quos cū
tot auxibus in veritatis cognitione præce-
damus, nouissimi tamen ferè nos in omni
genere virtutū, illi contrà primi sint, ut non

temere subdubitem, ne nostra hæc diuinatio,
illorū plenitudo esse videatur. At Ger-
mani Helvetiisq; videlicet, nos ad hanc ve-
terem consuetudinem in Europa reuocarūt,
autribus ac Choragis Lutero & Calvi-
no, quibus, si mens melior contigisset, nihil
in vita aliud optasse, quām ut oculos cō-
ieciissent in quāplurimas Italię, Hispanię,
& Gallię Ciuitates, & profecto vidissent
quām nulli fruisset opus ad bene beateq; vi-
uēdum iūs Δεομαχοῖς, quibus misé-
ram iuuētiem, ille Germanicam, hic Gal-
licam fascinavit. Quid enim? an non ante-
quam hi duo θεόμαχοι caput attollerent
inter mortales, templo Christianorum hy-
mnis, symboli, legis, precū, atque sacramen-
torum lectione personabāt? Ab iisne quie-
quam nos horū accepimus, vt verbum Dei
ex illa planè lacuna profectū ad nos agno-
scamus? Nouum tamen quippiā & recēs in
hoc genere inuenī ab iis esse fatetur (ne cu-
i insquam industria modū statuam) sed hoc

rum duntaxat, ut quæ tantum olim Ca-
tholicè nouerant Christiani, id impicè cor-
ruptis ac depravatis vocibus ac sensu, ab
hereticis non sine lachrymis, ac incredibili
dolor, impunè fieri in præsentia videant.
Cui malo nisi remedium aliquod præsens
recta lege & pastorum diligentia adfe-
ratur, Princeps Cardinalis, nihil est quod
instaurandæ rei Christianæ spem aliquam
faciat reliquam, tūm quod rudem & im-
perium iuuentuim, plebemque minimè
instructam, blandicie illæ venenati ser-
monis inficiant, tūm quod parum admor-
dum promouebimus, si maiores quidem
natur concionibus publicis intra fidei Ca-
tholicae septa retineamus, pueros verò &
adolescentes negligamus, quos cum etas ip-
sa ad omnem viuendi licentiam semper im-
pellat, tūm verò nunc maximè, quando, ne-
fariis sanctionibus, vix est in filios paréti-
bus ipsis permissum imperium, tanta est fla-
gitorum omnia ac tñs à cœptis impu-
nas.

mitas. Quamobrem cum summo Dei beneficio iam pridem in eam sum familiam, ac sodalitatem cooptatus, in qua (ut alibi) quid ubique sit usui vel catholicis confirmatis, vel hereticis ad meliora reuocandis potissimum despicitur, ex eo die quo funesta illa lege, via perfacta est Calvinistis ad Galliam corrumpendam, dedi operā prater cetera, ne iuuentus in iis verbibus quas verbo Dei vicinque consolabatur, negligeretur, sed libellū hunc breuiter conscriptum, post verò multarum rerum accessione latinc autem in lucem abire passus sum, dum alijs plerique plenius eadem, hac ferme methodo passim explicarent. Atque (ne quid in huīus rei usu sequendum esse existimem, praeteream) ego sc̄ sentio, nullam nimirū dicēsim esse debere, in cuius templo diebus festis, iuuentui, ac populo sane omni, pars aliqua, non tam huius (quid enim mea post Tridentinæ Catechesis editionem obtrudere?) quam breuis eiusmodi alicuius libeb-

Ex communis sermone nō proponatur: Deinde
sic in collegiis ac scholis omnibus teratur,
ut omnes pro cuiusq; ingenio studiosi, quip-
piam quod hæret memoria, quotidie do-
ceantur, donec omnia eo ordine capiā fidei
nostræ teneant, quo vel à me, vel ab aliis
sunt explicata. Quæres tūm demūnullo
propemodum negotio perficietur, cùm urbes
ac populi in eam primos viam ingressos es-
se senserint eos, qui Regnum ac principum fa-
miliae præsunt, ubi quod in utramq; partē
magno studio fieri solet, ab reliquis cōtinuā
deorum theōrias vice arripitur, in idq; com-
muni vero atque consensione disceditur.
Quanta porro Regi nostro ac proceribus
Gallic dignitas ac splendor apud summos
totius Christianæ Rēcipib; principes acceda-
ner, si intelligerent floris horis, iuuentutē suā
ac totam denique familiam, in aula Christi
I.E.S.V. philosophiam meditari, nō inane
ac profanos sermones alios misericere, alios ve-
rò alieis ac vino distineri? Alioqui planè

cum hæc sint tam fecunda culpa facula,
tamque multa sint in exitium nostrum ubi
que comparata, vereor ne iuuenes nostri ge-
nimina sint ex adiutorio, quæ vix ira diutina
eripientur, nisi nostro labore sapiant, ac ma-
do tandem aliquando resipiscant. Quod vi-
nam tam libenter omnes sequerentur, quam
enim, grauissime Pontifex, sapienter viam iis
adornas, facisq; in tanta rerum perturba-
tione, in qua, tanquam in lugubri naufra-
gio, in te omnes, velut in summa constantia
atque prudentia nauclerum, respiciunt, ut
si quorum interest, ad pristinam consensio-
nem graniter animos non adiiciant, ita tam
men Christi ac Ecclesie causam egeris, ne si
reliqui omnes sibi, tibi certe nunquam, tot se-
ditionum procellis diuexatus, defuisse vi-
dearis. Vale. Lutetia Id. July 1568.

Παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι.

ff. y

Catechismus Lectori.

Forte Catechismi tibi vox sus-
pecta videtur,
Offenduntque aures nomina no-
stra tuas.
Parce metu, nostra nō sibilat anguis
in herba,
Floribus è nostris nil nisi mella
leges.
Síque tuam afflarit serpens Calui-
nia mentem,
Huc' celer ad medicam curre sa-
lutis opem.
Quæ credenda tibi, quæ sint sperá-
da doceris,
Hic Lex, hic sacris Mystica signa
notis.
Nec tanta esse tibi possum breuitate
molestus,
Et facilis studium diriget ordo
tuum.

**Inuenies summa laudatos margine
Patres,**

**Maiorem ut faciat dictio nostra
fidem.**

**Splendida si desit tantis oratio reb[•],
Vitam, non linguam glisco poli-
re tuam.**

**Denique si semper tibi, me voluen-
do, placebis,**

**Vix vnquam potero dispuicuisse
tibi.**

Παρ' ἐλπίδα τοῦ ἐλπίδος.

tt ij

Εἰς τὸν κατιχησμόν.

Οἶδ' ὅπερ τῷ γένερῷ πολλὰς ἔκδω-
κε τὸ πλῆθος
Αὐτή κατιχήσεις δυστεβὲς αἴρε-
πται.

Τίς δὲ κατιχήσεις περισσῶν κα-
τεγένεστο φάνη,
Ἄς γε κατέγενεις μᾶλλον ἐδει-
χαλέμδος;
Ηὐδὲ κατέχησεις σόμαππαὶ οὐτι
λέγωνται
Αὐτή κατέχεισεις, πρεβρότε
γλώσσα μόνον.

Εἶδε κατιχήσεις κέίται, ὡς τίκτε,
περισσεῖποις,
Οὐδὲν ὄμοιον μίνη αὐτιλέγοιμε
νοῶν.

Κεῖται ἐπεὶ δολερῶς σφαλερά
βλύζεσσι δύδαξιν
Δυστεβίντ, φεγάκων πλάσματος
πληθόμνακ.

Η' δ' ἄνθεσσίντοις σοφίντοις γέμει,
ηδ' αὐτὸδοτεύ
Αρτεκίντοις, Φατερῶστοις δέσιναι-
πίδοτοις.

Εἰ δὲ θέλεις ἄλλως, καὶ φάρμακα
λέξον ὁμοίως,
Καὶ τῷ ἄλλως ἔργοις τυπὸν ὁμοιόν
όρων.

Η' μὴ γαρ ψυχῆσιν ἀκεσφόρος ἐ-
τίν ολέθρῳ
Αἱ δὲ φέργοι μόρῳ ψυχολεπῆ-
ρος ἄχος.

¶ iii

I N D E X E O R V M Q V A E
vt magis cōtrouersa, ita hīc paucis in-
ter cætera explicantur, quatuor
his Capitibūs, quibus hic li-
bellus est distinctus.

Cap.i. <i>De fide, lectiones habet xvij.</i>	pag. i.
II <i>De Lege, lectiones xiiij.</i>	pag. 70.
III <i>De Oratione, lectiones x.</i>	pag. 129.
III <i>De Sacramentis, lectiones xx.</i>	pag. 170.

**Index controuersiarum primi ca-
pitris, de Fide.**

<i>Designo Crucis.</i>	pag. 24.
<i>De Christi descensu ad inferos.</i>	pag. 27.
<i>Ascensione Christi veritatem Sacramenti Eucharis- tiae non impediri.</i>	pag. 32.
<i>De fiducia, & certitudine salutis.</i>	pag. 40.
<i>D: notis vera Ecclesia.</i>	pag. 44.
<i>De vero pastorum officio.</i>	pag. 50.
<i>De legibus Ecclesiasticis.</i>	pag. 51.
<i>De Conciliis & eorum auctoritate.</i>	pag. 53.

<i>De Excommunicatione.</i>	<i>pag.56.</i>
<i>De Christi vicario in terris.</i>	<i>pag.58.</i>
<i>De bonis operibus, eorumque mercede.</i>	<i>pag.66.</i>

Index secundi cap. de Lege.

<i>De numero preceptorum prima, & secunda tabula.</i>	
<i>pag.71.</i>	
<i>De veneratione Sanctorum.</i>	<i>pag.75.</i>
<i>De Imaginibus, & eorum venerazione.</i>	<i>pag.77.</i>
<i>Cur Trinitatis & Angelorum imagines fiant.</i>	
<i>pag.83.</i>	
<i>An licet iurare, & quo pacto.</i>	<i>pag.87.</i>
<i>De votis Deo nuncupatis.</i>	<i>pag.90.</i>
<i>De die Sabbati in Dominicam mutato.</i>	<i>pag.94.</i>
<i>De festis diebus Ecclesiae.</i>	<i>pag.95.</i>
<i>Licere Christianis in foro litigare.</i>	<i>pag.102.</i>
<i>De continentia, ac professâ castitate.</i>	<i>pag.107.</i>
<i>Duo postrema precepta distincta esse.</i>	<i>pag.114.</i>
<i>Concupiscentiam in se peccatum non esse.</i>	<i>pag.118.</i>
<i>De legibus ciuilibus: an parendum eis.</i>	<i>pag.124.</i>
<i>Legem à Christianis facile obseruari.</i>	<i>pag.124.</i>

Index tertij cap. de Oratione.

De Sanctorum invocatione.	pag.130.
Qua lingua sit orandum.	pag.139.
De libero arbitrio.	pag.152.
De prædestinatione.	pag.154.
De voluntaria paupertate.	pag.157.
Deum non esse causam peccatorum.	pag.162.
Vltimam dominica orationis petitionem esse septimam.	pag.163.
De salutatione Angelica.	pag.165.
Index quarti capitil de Sacramentis.	
Quid Sacramentum, quo ea sint, & qua efficacia.	
pag.170.	
Baptismum iterari non posse.	pag.177.
De Baptismo infantibus necessario.	pag.180.
De Ceremoniis Baptismi.	pag.183.
De Ministro huins Sacramenti extraordinario.	
pag.186.	
De Confirmationis Sacramento.	pag.188.
De Contritione, Confessione, & Satisfactione, &c.	
pag.194.	

<i>De Ieiunio, ac ciborum delecta.</i>	<i>pag.199.</i>
<i>Dereali veritate Eucharistie.</i>	<i>pag.208.</i>
<i>Non esse purum signum vel corpus metonymicum.</i>	
<i>pag.212.</i>	
<i>Explicatur illud, Caro non prodest quicquam. &c.</i>	
<i>Ioan.6.</i>	<i>pag.214.</i>
<i>Ascensione Christi, veritatem hanc non tollere.</i>	
<i>pag.218.</i>	
<i>De Sacrificio Missæ.</i>	<i>pag.225.</i>
<i>Quis instituerit Missam.</i>	<i>pag.229.</i>
<i>Sacrificio Missæ Christo iniuriam non irrogari.</i>	
<i>pag.230.</i>	
<i>De ceremoniis Missæ.</i>	<i>pag.234.</i>
<i>De oratione pro defunctis, & de Purgatorio.</i>	
<i>pag.235.</i>	
<i>De Indulgentiis.</i>	<i>pag.237.</i>
<i>De communione sub utraque specie.</i>	<i>pag.238.</i>
<i>De Adoratione Christi in Eucharistia.</i>	<i>pag.242.</i>
<i>Rectè Sacramentum reseruari in Téplis.</i>	<i>pag.242.</i>
<i>Illud non posse alterari vel corrupti in re sua.</i>	
<i>pag.244.</i>	
<i>De preparatione ad Communionem.</i>	<i>pag.245.</i>

- De extremaunctione. pag.248.
De Matrimonio, & iis qua ad eam rem periment.
pag.253.
Non licere secundam uxorem ducere, alia viuente.
pag.255.
De virginitate nuncupata voto. pag.258.
De Sacramento ordinis, & ordinibus maioribus, ac
minoribus. pag.260. & 263.
Episcopos esse sacerdotibus superiores. pag.265.
De Cælibatu Cleri. pag.249.
De malis Ecclesie Ministris, & quomodo eis paren-
dum. pag.267.

*Adnotata sunt hac maxime ut fontes locorum
indicarentur, qui in marginibus satis exactè
adscripti sunt.*

INDEX LIBRORVM, QVI hoc libello passim citantur.

Imprimis libri veteris instrumenti.

*Primo autem à Christi passione saeculo hō
vixerunt, atque scripsierunt.*

D. Matthæus.	Clemens Martyr.
Marcus.	Polycarpus.
Lucas.	Papias. Athenagorus.
Paulus.	Ignatius.
Petrus.	Egesippus.
Ioannes	Anacletus Martyr.
Iacobus	Sother Martyr.
Iudas	Sixtus Martyr.
Canones Apostolorum.	Iustinus Martyr.
Martialis.	Irenæus Martyr.
Dionysius Areopagita.	Telesphorus.
Dionysius Corinthius.	Caius histo.
Theophilus Cæsarien.	Euarystus.
	Minutius Fœlix.

Secundo autem post saeculo, isti.

Hippolytus Martyr.	Dionysius Alexand.
Tertullianus.	Anterus Martyr.
Clemens Alexandrinus.	Pontianus Martyr.
Magnetes.	Stephanus Martyr.
Origenes.	Cornelius Martyr.

Cyprianus Martyr.	Arnobius.
Xistus Martyr.	Dydimus Alexand.
Methodius Martyr.	Dorothæus Tyrius.
	<i>Tertio deinde seculo, hi.</i>
Eusebius Cæsarien.	Lactantius.
Hilarius.	Synesius.
Athanasius.	Isidorus Pelus.
Concilium Nicen. I.	Marcus Ephes.
Carthaginense. I.	Nilus Græcus.
Neocæsarien.	Adrianus Græcus.
Conc. Ancyranum.	Ruffinus.
Antiochenum.	Damasus.
Arelatense. I.	Eusebius Emiss.
Alexandrinum.	Theophilus Alexand.
Elibertinum.	Nectarius Constant.
Laodicensis.	Ioannes Chrysost.
Basilius.	Ephrem.
Gregorius Nazan.	Epiphanius.
Ambrosius.	Esychius.
Hieronymus.	Philaster.
	Palladius Heraclides.
	<i>Quarto demum seculo, hi.</i>
Optatus Mileuit.	Fulgentius.
Augustinus.	Euthymius.
Innocentius primus.	Concilium Chalcedo.
Cyrillus Hierosolym.	Arausicanum.
Petrus Chrysoloras.	Mileuiscanum.

Eustathius Constant.	Toletanum.
Prudentius.	Concil. Agathen.
Paulinus Nolanus.	Concil. Constant. 1.
Maximus Græcus.	Concilium Ephes. 1.
Proclus Constant.	Theophilactus.
Eutropius Constant.	Gennadius.
Atticus Constant.	Sozomenus.
Cyrus Prodigus.	Socrates.
Vincentius Lyrinen.	Seuerus Sulpitius.
Possidonius.	Theodoritus.
Cyrillus Alexand.	Theodoreetus.
Primasius.] Gelasius.	Eutichianus.
Prosper.] Leo. 1.	Diadochus.
Eucherius Lugdunen.	Asterius.
<i>Qui verò quinto post saculo, & deinceps scripserunt, hi sunt.</i>	
Procopius Gazæus.	Cabasilla.
Leontius Cyprius.	Isidorus Hispal.
Cassiodorus Senator.	Gregorius Magnus.
Oecumenius Græcus.	Photius Constant.
Nicetas.	Simeon Græcus.
Eutychius Constantinop.	Aponius.
Theophanes.	Damascenus.
Germanus Constantinop.	Concil. Nicen. 2.
Nicephorus.	Georgius Pachym.
Bernardus.	Syngelus Græcus.
	Zoncas.

Ad Carolum Lotharingum
Principem Cardinalem Iuuen-
tus Catholica.

*Carole Purpurei decus immortale Senatus,
Et Duce quo nostra est spes rediuina togæ,
Hic liber arcendis sit latè erroribus omen,
Fiet ut auspiciis gratus ubique tuis.*

CATECHISMVS,
id est
SCATHOLI-
CA CHRISTIANÆ
Iuuentutis institutio..

DE RIDE.

Caput primum.

Lectio I.

Doctor.

A Ge, ô Adolescens, quor-
sum nos à Deo in hunc
mūdum quotidie pro-
ducimur, in eoque con-
seruamur?

Adolescens.

Primūm quidem, vt intelliga-
mus ^a summam beatitudinem ac

Hiere.9.g

Ioan.17.8

A&O.17.b

Roman.1.6

A

fœlicitatem nostram in eo sitam esse: Deinde verò ut eius voluntati morem gerentes,^a ab eo expectem⁹ ea, quæ nobis olim est pollicitus: Postremò deniq; vt ab eo, calamitati ac miseriæ nostræ opē & auxilium flagitemus.^b

Doctor.

Tu sanè paucis admodū, summa Religionis nostræ capita cōplexus es.

Adolescens.

Sic Apostolus, Accedentem,^c inquit, ad Deum oportet credere quia est, & inquirētibus se remunerator sit, Hac enim tām breui periodo vniuersam ille Christianæ vitæ rationem perstrinxit.

Doctor.

Sed cur primo tu loco Dei co-

^a Deut. 9.2
Iof. 21.4
^b Reg. 2.2
Cor. 7.2
Pet. 3.6

^a Deut. 33.2
Reg. 12.2
Roman. 10.6
Jacob. 1.2

gnitionem enumeras?

Adolescens.

Propterea quod ea si desit,^a neque illa nobis in Deum spes esse, neque aliqua in eius legem obedientia nostra consistere potest,^b neq; ab eo expectare licet benefacti alicuius nostri remunerationem ac mercedem.

Doctor.

Quo verò tu sensu dixisti, summan beatitudinem ac felicitatem nostram in Deo sitam esse?

Adolescens.

Sanè q̄ in eo sit summa perfectaque collectio^c bonorum omnium, quibus perfruendis vnde disque nos ille produxit, nullaq; in re vñquam alia quam in eo ipso cor nestrū planè conquiescat.

A ij

- ^a Isa.54. e.
Ioan. 1.b. 5.c.
- ^b Act.24. c
Eph.1. b
1.Pet.1. b
Roman.14. d
2.Theol.1. b
1. Corint. 2. b
b Exod.33. d
Deut.30. d
Psal.1. a b
10.16. d

- ^c Matth.6. d
1. Corint.2. c
Hebr.11. c
1.Petr.1. a
2.Petr.1. a
Augu. Conf.
lib.1 cap.1.
Id. o de Ci-
uitate libr.1.2.
cap.3.

Doctor

Qua porrò ratione huius nos
tām præstatis boni cognitionem
sumus consecuti?

Adolescens.

Vnigenitus Dei filius I E S V S
C H R I S T V S nobis illud reuelauit:^a homo factus idcirco, vt in
eo nobis & Magister & Media-
tor esset is, sine cuius ope nunquā
eò nos animi nostri cogitationes
intendissemus.

Doctor.

Sed nunc vnde nos istam co-
gnitionem consequemur, qui co-
rām & præsentem eum docētem
non habemus?

Adolescens.

Ex eodem ipsius verbo,^b pri-
mūm quidem ab Apostolis præ-

- ^a Deut. 18.d
- Esa. 9.b
- Joel. 2.c
- Marth. 3.b
- Luc. 3.4.
- Ioan. 1.c
- A&.3.d
- Colo. 1.a.b.c
- Galat. 3.d
- 2. Corint. 4.b
- Iust. Apo. 1.
- Clem. Pæda.
- Bb. 1.

- ^b Matt. 28.d
- Marc. 16.d
- Ioan. 15.c
- A& 1.2.10.f
- 3. Cor. 15.a

dicato, scriptura deinde ab eisdē
expresso, & ad nos vsque summa
fide conseruato, vt in eo certissi-
mam Religionis nostrae normam
haberemus.

^a Corint. 5.8.
^b Galat. 2.8
^c Pet. 1.8
^d Ioan. 1.8

Doctor.

Vis ergo iam hoc ex tuis ver-
bis effectum esse, Deum fide co-
gnosci oportere.

^a Isa. 7.8
Hebr. 11.4
^b Pet. 1.8

Adolescens.

Sanè, est enim primus hic, teste
Apostolo, ad eum accessus.

Doctor.

Q Vid verò est Fides?

Adolescens.

Donum Dei, quo certissimè
credimus^b ea omnia esse verissi-
ma, quæ ab eo reuelata sunt, & vt

^a Matt. 13.8
^b 16.c
Marc. 9.b
Luc. 8.b
Ioan. 1.b.3.a
^c 5.4.6
A& 12.g. 14.
d. 16.c
Augu. de fid.
& operib.
Cyrill. Ca-
tech. 5.

A iii

- a. Terc. 20. g
 1. Ioan. 1. 8
 2. Thess. 2. 2
 3. Pet. 1. 2
 Galat. 1. 2
 Hebr. 2. 2
 b. Matt. 10. d
 Act. 12. f
 1. Cor. 12. d
 Ephes. 4. d
 2. Thes. 2. e
 1. Timo. 3. e.

ab eo quoque reuelata,^a in Ecclesia, quam vitæ nostræ parétem ac Ducem habemus, nobis propo-nuntur.^b

Doctor.

Estne tibi breuis aliqua méthodus eius fidei, quæ necessariò nobis tenenda est?

Adolescens.

Est, & quidem ab ipsis Aposto-lis ^c tradita, quæ symbolum ideo vocari solet, quòd sit quædam il-lustris nota qua Christianos di-stinguimus ab iis qui idololatra-rum superstitionem, & hæretico-rum impietatem consequantur:

Doctor.

Agedùm, illud nobis recita, & quidem integrum.

- c. Cyprian. in Symb. seu. Rufinus. Aug. sermo. 181. Amb. epi. 81. Iren. 1. 1. c. 2. & lib. 3. c. 4. Hierony. ad Pamma. Leo sermo. 11. & epist. 13. Maximus de Trad. symb. Chrysostomi. 1. & 2. in symb. Augu. autem illud pascim explicat, vt de fide & symb. item Cyril. in Ca-tech. & iij de quib^z infra.

Adolescens.

1. *Credo in Deum Patrem omnipotentem,
Creatorem Cœli, & Terra.*
2. *Et in IESVM CHRISTVM
Filiū eius unicum, dominum nostrum.*
3. *Qui, conceptus est de Spiritu sancto,
natus ex Maria virgine.*
4. *Passus sub Pontio Pilato, crucifixus,
mortuus, & sepultus.*
5. *Descendit ad inferos, tertia die re-
surrexit à mortuis.*
6. *Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram
Dei patris omnipotentis.*
7. *Inde regnatur. est iudic. viuos & mort.*
8. *Credo in Spiritum sanctum.*
9. *Sanctam Ecclesiam catholicam, san-
ctorum communionem.*
10. *Remissionem peccatorum.*
11. *Carnis Resurrectionem.*
12. *Vitam eternam, Amen.*

A. iiiij.

Doctor.

Estne tibi distincta aliqua horū duodecim articulorū partitio?

Adolescens.

Est, Cùm enim à Deo, vno quidem,^a sed personis tamen tribus distinctis, producta sint omnia, primam huius symboli partē nos Patri adsignamus, tanquam summo rerum omnium opifici:^b Secundā verò tribuimus Filio, mūdi totius redemptori:^c Porro tertia debetur Spiritui Sācto, singulare diuini huius regni, id est Ecclesiæ nostræ, administratori.^d

Doctor.

Cur tres hīc personas enumeras, cùm nuper vnum solū Deum nominaueris?

- ^a Gen.1.2
Psal.33.
Eccli.18.
Ioan.1.1
Hebr.1.2
Iacob.1.1
Act.14.4
Colos.1.1
Apoc.1.
- ^b Gene.1.2
Malach.1.1
Deut.32.
Act.17.2
1. Corint.1.2
^c Ephes.1.1
Colos.1.1
1. Corin.15.1
Hebr.6.
- ^d Rom.12.4
1. Cor.14.1
1. Timot.3.1

Adolescens.

Vnum quidē Deū asserui , sed tres tamē in eo personas distinxī, quę licet inter se^a natura,bonitate, ac potētia sint æquales, tamen Patris nomen, solius est Patris, q̄ is solus Filiū suū, verbum, eiusdem secum substantiæ^b genuerit : Nomen verò Filij,^c soli Filio debetur,quòd solus ex Patris substantia sit genitus : Porrò Spiritui Sancto hoc nomē soli tribuim^d, quòd is^d solus à Patre & Filio sp̄retur, nullā deinceps aliam personarum rationem statuētes, ^e cum vna semper & eadem sit vbique trium natura,ac simplex essentia.

LECTIO III.

Doctor.

CEdò nunc mihi primum Fi-

^a Psal.104.4
Iocel.2.4
Ioan.17.4.d
1.Corin.12.4
2.Corint.1.2

^b Gene.1.4
2.e.3.d 12.6
Matth.28.6
Ioan.16.4
1.Ioan.5.6.b
c Ioan.1.1.a
14 b. 17.4.
20.2
Colos.1.2.a
Philip.2.c
d Ioan.1.2.a
Hebr.1.1.a
Ephes.1.4.a

^e Ioan.15.4
Hilar.2.&3.
de Trinit.
Aug. de fide
& symb. c.2.
3.5.de Trinitatib.1.2.3.
Tertullia.de
Trin. contra
Praxeam.
Iustin. Mart.
de exposit.fidei.
Latissime verò A-
than.

dei nostræ articulum.

Adolescens.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ.

Doctor.

At cur primę huic personę tria nomina adscribis? vocas enim & Patré, & Omnipotétem, & Creatorem.

Adolescens.

Rectè, est enim Pater, tū quòd Filium suum Christū, secundum^a diuinitatem, ex omni æternitate genuerit, tām quòd nos in filios sibi ^b adoptarit ex ea prædestinazione, quæ iustis temporum momentis explicata, viam nobis ad æternitatem patefecit.

^a Isa.53.6
Matth.9.2
Marc.2.
Ioan.1.1
Hebr.1.2

^b Rom.8.12
Ephes.1.4
Galat.4.1

Doctor.

Quid autem eum vocas omnipotentem?

Adolescens.

Propterea quod in omnia ille ius habet necis ac vitæ, tamque latè patet eius vis^b ac imperium, ut nihil ab eo possit eximi: Denique nobis id est solatio singulari^c qd nihil omnino queat iis deesse, qui Parentis tam præpotentis Filij iure sunt, ac nominantur.

Doctor.

Hac ne etiam voce circunscriptis ea Dei opera quæ naturā^d exceedunt, qualia sunt ea quæ dici solent miracula, è quorum numero illud est præcipuum, quod sacris Eucharistiæ mysteriis celebratur?

Adolescens.

Planè.

a Gene.17.8.
Deut. 10. d
Esa. 33. d
Num. 11. c
Psal. 113. d
b Psal. 138. b
ob. 12. a

c Psal. 144. b
Prouer. 15. a.
Eccl. 1. b
Matth. 6. d
Luc. 12. c

d Exod. 16. a
17. a
Marc. 16. c
Joan. 3. a
Hebr. 2. a
e Matt. 26. e
Jean. 6. d.
p. Corin. 11. c
Ambr. lib 4.
cap. 4. de sa-
cram.
Aug. de Tri-
nit. li. 3 c. 10.
Vide infra c.
q. lcc. 9. & 10.

Doctor.

Sed cur eum tu cœli & terræ
vocas Creatorem?

Adolescens.

Quodctam ille rerum omniū
ita sit opifex, nihil ut sit,^a quod ab
eo non sit profectum, & regatur,
illud planè cōsequatur, ut in crea-
tis rebus natura nulla possit esse
mala,^b & impura, siue ea sit in or-
dine rerū corporearū, siue in spi-
ritualium dignitate constituta.

Doctor.

Estne porrò Deo illi nostro sa-
tis hunc mundum ita cōdidisse,
ut nullam eius regendi curā am-
plius habeat?

Adolescens.

Minime, id enim illi planè nō
liceret per eam summam bene-

^a Genes. 1. a
Iob. 37. f
Sapient. 13. b
Act. 17. f
Coloss. 1. c
Hebr. 11. b

^b Genes. 1. d
Exod. 21. d
Eccle. 39. c
Marc. 7. d
1. Timot. 4. d
Aug. contra Faust. lib. 19.
20. 21. & contra epistolā fundamēntā.
ca. 25. Epiph. contra Mar-
cionit.

uolentiam qua in opus suum adficitur, sed ita statuo,^a tantā nunc eius regendi curam illi esse, quam tam adhibuit in eius procreatio-

ne, sapientiam, ac virtutem.

Doctor.

Potestne aliquid nobis prodef se, quod mundum hunc credamus à Deo Opt. Max. & creatum esse & gubernari?

Adolescens.

Maxime, id enim imprimis nobis persuadet^b nihil ab eo factum esse, quod ad usus nostros non aliquo modo pertineat, suęq; idcirco glorię, ac nostris cōmodis illud conseruari: Demum sic liberius nostram nos spem ac cogitationē in eo colloquiamus, cuius est res omnes propriis finib⁹ me-

^a Iob.22.8.
34.b

Prouer. 16.2

Sapien. 13.b.

Matth.10.c

Ephes 1.b

Chrys. serm.

de prouid. 1.

Iusti. oratio-

ne 2. ad. gēt.

Clem. Alex.

from. lib.4.

Theoph. con-

tra Autoly.

libr.1. cap.2.

Lactat. de di-

uino opific.

^b Genes.1.d

9.a

Psal.8.b.c

A&.14.c

1. Corint.3.d.

^c Esa.54.4

Match.5.d

Luc.12.e

1. Pet.5.b

Ephes.4.5.

a Jobne.1.a
Psal. 55.2. &
111.c
Job.1. & 2.c.
33.a
Mich.7.b
Eccles.52.d
Psal.54.4.

tiri, ac eas pro sua volūtate cuiuis distribuere. ^a Præterea hac fide plurimū munimur aduersus eas molestias & terrores quibus boni ferè omnes percelluntur vel dæmonum nequitia , vel alia quauis impendenti calamitate, sed malis omnibus superiores facti , neque prosperis neque aduersis cōmōuemur , eius ope adnixi, qui dæmonum furorem ac violentiam coercet, ^b ne de nobis nostro interitu ac ruina tandem possint triumphare.

b Job.40.c.
41.
Coloss.2.c
Roman.8.d
Apocal.20.
Philip.2.b
Hebr.2.d
1.Cor.15.g
Osce.13.d
1.Cor.10.c

LECTIO . IIII.

Doctor.

QVid iā in symbolo sequitur?
Adolescens.

Et in I E S V M C H R I S T V M

Filiū eius vnicum, dominū no-
strum.

Doctor.

Explica hoc magis singulatē.

Adolescens.

Eum nos imprimis vocamus

Iesu Christū id est saluatorem,^a ange-
lum olim à Deo missum, imitati,
qui hoc illius nomē Virgini ma-
tri commendaret: & planè nos il-
le redemit ac seruauit iuxta no-
men istud ^b à quo aliud nullum
sub cœlo est, in quo spem nobis
vitæ ac salutis liceat collocare.

Doctor.

Quid autem sibi vult Christi
dictio?

Adolescens.

Ea Latinè expressa, vñctum si-
gnificat,^c Nā spirituali sua vñctio-

^a Mark.1.4
Luc.1.6.2.6.

^b Gen.4.1.
Ex.59.4.

Ex.34.1.3.b
Ex.19.4.

Ex.4.4.b
1.Timot.1.4

1.Thef.5.b
Hebr.2.4.c

1.Ioan.4.4.c
Iud.8.g.

^c Danie.9.9
Ex.61.2

Mich.7.9.b
Psal.2.2.44.b

Ex.2.2.c
Isa.5.6.d

Ex.4.4.10.f

ne Pater ea illi munia imposuit,
quæ olim externa Mosis vngatio
conferebat suis hominibus, ut es-
sent^a Sacerdotes, ^b Reges, ^c & Pro-
phetæ.

^a Exod. 29.2.
^b 1. Reg. 1.c.
^c 10. a. 16. c.
^d Deut. 18. a.
Ioan. 9. c.
Mich. 5. a.
Ad. 7. d.

Doctor.

Hæc verò quomodo explicas?
Adolescens.

Rectè, est enim Sacerdos, tūm
quòd in cruce semel, nostrū om-
nium ^d saluti, holocaustum sese
obtulit, vt Aaronicūm fæcerdotiū
corrigeret, tūm quòd nunc etiam
vultui Dei adfistit pro nobis, scq;
ipsum Patri cum ^e supplicationi-
bus exhibet, sacerdos anteà di^f
secundūm ordinē Melchisedech,
cuius rei ac sacerdotij viuam nos
imaginem in sacris Eucharistiæ
mysteriis quotidie intuemur.

^d Psal. 89. b.
Ephes. 5. a.
Hebr. 5. 6. 7.
9. a. 10. c.
Apoc. 1. b.
23. d.

^e Hebr. 5. 6.
7. d.
2. Ioan. 1. a.
Psal. 109. b.
Cyprian. de
eæo. dom.
sermon. 5. dc
laps.
Euseb. lib. 1.
demonstr.
Beng. 6. 30.

Doctor.

At eius Regnum quale tādem nobis statuis?

Adolescens.

AEternum, tūm in electos ^a ab eo vindicatos ex seruitute Satanæ, diuina potētia ac virtute prostrati, tūm etiam in impios omnes ab hoc rege cōstrictos, ac dormitos, neque ita multò post ditioni ^b omnino suæ subiugādos.

Doctor.

Quibus verò ille se argumentis Prophetam esse ostendit?

Adolescens.

^c Arcanis rerum æternarū reſerandis, ^d futurisque temporum successionib⁹ summa veritate ac sapientia præſagiendis, quod magnō nobis adiumento debet esse,

B

^a Gen. 49.c
Eſa. 9.b
Danie. 7.g
Ioan. 18.f
Luc. 21.e

^b Num. 21.c
Pſal. 109.a
Eſa. 53.d
2.Cor. 15.e
Philip. 2.b
Roma 14.b
Abac. 3.d
Apocal. 21.c
Luc. 19.d

^c Deut. 18.a
Act. 7.f
Ioan. 1.c
2.Pet. 1.c
^d Hebre. 1.a
1.Pet. 1.a
Luc. 24.f
Ioan. 17.a
1.Cor. 3.b.c
Heb. 2.a

ad huius vitæ molestias preferendas.

Doctor.

Cur eum vocas Filiū Dei unicum, & dominum nostrum?

Adolescens.

Propterea quod is solus^a est Dei Patris Filius naturalis, à quo, ipso nascendi iure, eandem natu-ram, gloriam, ^b ac diuinitatē. ac-cepit: Dominum autem nostrum ideo vocamus, quod is etiam se-cundum hominem, rebus omni-bus, ac præcipue electis homini-bus ^c præsideat.

Doctor.

Sed nōne & nos iure Filij Dei nominamur?

Adolescens.

Sanè & sumus, sed iuste & tra-

a Isa.31.6
Ioā.1. c.16.d
Coloff.1.2
Hebr.1.2
z.Ioan.1.2.
b.c

b Ioan.17.b
Hebr.1.a
Aug. de Tri-
nit. vt supra.

c Matth. vi-
um.d
Philip.2.6
Apocal.39.8

d Isa.21.8
Roma.8.c
Ephes.1.2
Gala.4.1
z.Cor.1.2
z.Iogn.1.8

tione adoptionis gratuitæ; qua
Dei quidē hæredes efficimur; sed
singulari tamen naturalis filij ei-
ius beneficio & merito: quem vel
hoc potissimum nomine ^a fratre
nominare, & mundi instaurato-
rem adserere consueuimus. ^{ib. c. 5.}

^a Esa. 8. 4.
Heb. 1. 4.
Matth. 2. 4.
Pſ. 17. 22. e.

LEOTRIVIUS.

Doctor.

AGeiam quid habet tertius Ar-
ticulus?

Adol.

Ipsa salutis, ac redēmptionis
nostræ primordia cōtinet, Nem-
po hunc cōlum Dei filium carnē
nostra se se būdūsse, ut hoc tam
prēstās mysteriū perficeret, in cōbi
que docet Sp̄ritūm sanctūm mi-
risicē sc̄ipēbatūm suisce condito

^b Psal. 31. 6.
Genes. 49. 4.
Matth. 1. 8.

^c Luc. 2. 4.
Ioan. 1. 1.
Hebreo. 1. c.
Galat. 4. 8.

Bij.

ac formato eius corpore in vtero,
ac ex ipsa virginis Mariæ substanc-
tia, nulla cuiusquam viri opera ac-
cedente.

Doctor.

Quid eum ne de Spiritu San-
cto concipi oportuit?

Adol.

Oportuit sane, Sic enim factū
est vt primi illius Adæ peccati
omnino expers esset, Deinde ^a
quum erat, vt qui ^a cæteris omni-
bus sanctimoniam debebat im-
partiri, esset is purissimus, ^b segre-
gatus à peccatoribus, nullis deni-
que mortis legibus obnoxius, he-
que villa sui ratione Divinæ iusti-
tiae obligatus.

Doctor.

Sed nonne credis dignam e-

^a Isa. 53.2
Luc. 2.6

Heb. 2.4

1. Pet. 2.2

Ioan. 3.4

^b Hebre. 7.3

^a Heb. 2.4

Psal. 62.2

ius Matrem^a concipiendo, pariendo,^b ac post ipsum adeo partum virginitatem integerrime conservasse?

Adol.

Planè, tūm propter ea quæ iam de filio dicta sunt, tūm etiam (vt omittam quām eximiē debuit hoc mysterium commendari) vt vel hac ratione promissiones antiquæ ratæ essent, quibus I E S U M C H R I S T U M nasci oportebat de virgine, ex semine tamen^c David secundum carnem.

Doctor.

Quæ porro nos commoda ex hac filij Dei incarnatione sumus consecuti?

Adol.

Hæc maximè: quòd^d vetus illa

B iii

- ^a Esa.7.c
Hierem.31.d
Matth.1.d
Luc.2.c
^b Ezech.44.2
Hieron. in Heluid.tom.8.
Epiphan. in antidicom.
August. de hæres. ad Quod vult.
Tertull. de Carne Chri.
Iust. apolog. 1.
Bernard. super miss. Cy rill. Catech. 3.

- ^c Dan.7.d
Mich.4.b
Matth.1.c
Rom.1.a
Luc.1.d
2. Reg.7.b
Euseb euangel. demon. 1. 6. 7.

- ^d Iean.2.c
Rom.5.c
1.Cor.1.f
Iean.17.c
1.Cor.6.c
1.Pet.2.e

Parentis nostri culpa deleta sit:
quòd eius damna saltem in gene-
re resarcita: & quòd hoc nos my-
sterio ^a sanctificati sumus corpo-
re & spiritu, ut peccatis mortui,
deniū Iustitiae ^b renascamur.

Doctor.

Sed age cur nobis ab eius sta-
tim ortu ac nativitate transferen-
da est oratio ad eius mortem cō-
memorandam, omissis ijs rebus,
quas in vita gessit ad nostrum o-
mnium utilitatem ac salutem?

Adol.

Quòd ea omnia quæ ab Euan-
gelista in hoc genere scripta sunt,
siue ad Christi doctrinam & mi-
racula, siue ad vitæ sanctimoniam
pertineat, ^c hoc articulo facile cō-
tineantur.

^a Rom. 6. b
² Cor. 5. c
Heb. 9. a
Ephel. 5. d
^b Tit. 3. e
August. con-
fess. 7. cap.
18.

^c AA. 1. 4
10. f
Ioan. 21. g
¹. Cor. 15. 8
Luc. 14. c
Heb. 4. a

LECTIO. VI.

Doctor.

Quartum iam articulū expē-
damus, & cedo quid causæ
fuit Christo, vt supplicio
Crucis occideretur?

Adol.

Sanè vt re ipsa illud tandem a-
liquando exhiberetur,^a quod tūm
ænei illius serpentis imagine, tūm
reliquis etiam passim^b propheta-
rum oraculis portendebatur.
Deinde vt quemadmodum mors
terrarum orbem inuaserat oper-
manductionem fructus in arbo-
re^c vetita propendentis, ita eidē
quoque abundē vita redderetur
imprimis per eum fructum, qui in
arbore crucis suspenderetur.

a Num. 21. a
Ioan. 3. b

b psal. 18. 21.
Exod. 12. b
Esa. 35. b
Luc. 24. 6

c Genes. 3. c
Osee. 13. d
Roth. 5. c
1. Cor. 15. f
August. de
symb. lib. 1.
cap. 6

B. iiii.

Doctor.

Sed quid h̄ic necesse fuit Pontij
Pilati meminisse? *Adol.*

Vt rei ipsius gestæ verior omni-
bus extaret ratio, certa hominis,
Magistratus, ^a ac temporum ad-
scriptione: Deinde vt qui ^b mor-
talis Iudicis sententiam iniustè
subierat, ab eo nos Iudicio vindi-
caret, quo omnes planè merito
nostro rei detinebamur.

Doctor.

Profecto nunquam non debe-
ret oculis obuersari tām ingens
Dei Optimi ^c beneficium.

Adol.

Atqui ob eam maximè causam
Christiani iam inde ab initio naſ-
centis Ecclesiæ, quicquid agant, ac
meditentur sacro se Crucis ^d si-

^a Matth. 16.
Mar. 15.c
Luc. 3.a 23.d
1. Timot. 6.c
^b Esa. 53.b
Ioan. 19. b c
^c Pet. 1.d

^c Ioan. 3.c
Rom. 5.b
Heb. 12.a
^d Tertul. de
corona mi-
lit. Grego-
Naz. orat 1.
in Iul. A-
soft. Chrys-
ostomil. 55. in
Matth.
Basil. cap.
7. de spir.
ian&. Augu-
ra&rat. in
Ioan. 118.
Ieron. ad
Iustat. de
Irig. tom. 1.
et ad Fab. to
pallad. he-
aclid. hist.
95.

gno præmuniunt, hac etiam forma concepta, In nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti: Amen.

Doct̄r̄.

An verò signum hoc Crucis aliud suo vsu nobis adfert commodum, præter frequentem passionis Christi memoriam?

Adol.

Adfert sanè, & quidem maximum: Nam,^a & hac nota fidem nos nostram palam ac liberrimè, vbi cunque gentium simus, profitemur,^b & his tāquam armis utimur aduersus tam varios ac truculentos hostes salutis nostræ: Postremò^c hoc crucis signo ea omnis perfectio nobis adumbratur, quam sancti omnes, sui ipsorum mortificatione cōcupiscunt, no-

a Chrys. ho.
55. in Matth.
Hom. quod
Christus sit
deus. Aug. de
cathechi.
rudib. cap.
20.

b Tripart.
hist. lib. 6.
cap. 1. Chrys.
Homil. 12.
ad Philipp.
Aug. quæ-
vet. & noui.
testam. 114.
& tract. in
Ioan. 118. Ba-
sil. de spirit.
sanct. cap. 27
c Eph. 3. d
Basil. in ps.
104. Chrys.
in epist. ad
Ephes. Au-
gust. passim.

stráque omnis cum Christo similitudo h̄ic expressè designatur.

Doctor.

Dic modò sensum eorum, quæ in hoc articulo sunt reliqua.

Adolescens.

Docemur h̄uc eundem Christum I E S V M morte obiisse, tūm vt solēne illud salutis nostrę^a pretium solueret, tūm vt commonistraret morte minime esse^b metuendam, tūm deniq; vt viam nobis sterneret, ac pararet methodū peccati ex animis nostris propulsandi. Quod autem de sepultura eius adiectū est, ideo factum est, vt cum eo per baptismum commortui peccato, & consepulti, iustitiae posthac victuri cum eo resurgamus.

- ^a Mat. 20. d
- Marc. 10. c
- Ephes. 1. b
- Hebr. 9. c
- ^b Hebr. 1. b.
- 12. a
- 1. Pet. 3. d. 4. a
- Coloss. 2. c

LECTIO. VII.

Doctor.

QVid iam sequitur in ordine
Symboli?

Adol.

Descendit ad Inferos, tertia die
resurrexit à mortuis.

Doctor.

Quonam tu sensu accipis, hūc
Christi descensum ad Inferos?

Adol.

Sanè ut quemadmodum cor-
porali ^a suo adspectu, magnam
spem salutis consequendæ inie-
cerat ijs qui vel rūm viuebant, vel
erant aliquando victuri, ita pa-
tres iam vita functos, & in lim-
bo degentes, certiores redderet
partæ ^b iam gloriæ, animæ suæ
præsentia, doloribus ac metu iam

- ^a Matth. 18. b
Luc. 19. b
Ioan. 3. b
Eph. 2. a
Tit. 3. b
Heb. 5. e
1. Pet. 3. d
^b Zach. 9. b
Ecclesiast. 34. d
1. Pet. 3. d
A&C. 2. d
Irene. lib. 5.
Iustin. cōtra Trypho. dia-
log 0. 2.
Aug. epistola. 99. & 57.
de fide ad Pet. cap. 2. cō-
tra Fœlic. 6.
14. tom. 6.
Niceph. li. 1.
cap. 31.
Orig. in epि-
stola. ad Ro-
man. cap. 5.
Anibis lib. 3.
de fide. ca. 3.
Basil. i Psal.
48. Russ. in sym. Hieron.
in epistolam ad Eph. ca. 4.

antē diuexatæ.

Doctor.

Censes ergo hīc Inferorū nomine, neque accipiendū esse horrorem quem I E S V S in Cruce gemitus acerbum sensit, hēc enim ei omnia adhuc vitam agenti contigerunt, neque eius sepulturam intelligendā, distincta enim eius paulo ante fit mentio, sed vis omnino credi visitatas ab eo fuisse Patrō animas, quæ^a in limbo detinebantur.

Adolescens.

Planè omnino, præterquam enim quod is est germanus earum scripturarū sensus, ^b quæ huc adferri solent ab Ecclesia, sanè illud erat Christi imprimis officium, ut per omnia similis nobis fieret abs-

^a Lue. 16. c.
^b Pet. 3.

^b Hiero. in
Zacha. 9. &c.

que peccato, & æterna peccati poena. Quare si iustorum hominum animæ antequam ille homo fieret, vna cum corporibus nō erant inclusæ sepulchris, sed eum in locum quem nos limbum appellamus, relegate, certò nobis illud cōstare debet, eās suauissima Domini sui præsentia fraudatas nō fuisse, sed hoc illum sese ad tempus exilio multasse, vt ab eo penitus illas vindicaret.

Doctor.

Iam quia sese offert altera pars articuli de Christi Resurrectione, habésne quod ea de re nobis edisseras?

Adolescens.

Habeo, hanc enim ego diuina virtute factam fuisse sentio, tūm

a. Osee 6.8
Matth. 28.2
Act. 2.13. c
Rom. 1.1. a. 4. d
6. b. 8. f. 14. b
1. Cor. 15. a.
6. c
Coloss. 3. c
3. Timot. 3. b

b. Ioan. 11. e
Act. 17. d.
23. b

c. Roma. 6. a
Ephes. 3. c
Philip. 3. b.
1. Pet. 1. a
Aplo. 10. b
Tit. 3. d

vt hac^a nobis via, vera Iustitie (que germana est resurrectio à peccato) ratio pararetur, tūm vt certissima fide intueremur nostram ipsorum resurrectionem, cum eius tāquam^b Capitis membra simus, cui vt quām simili mi resurgam^c, nouam quotidie sanctimoniam bonis operibus debemus. conse-
tari.

Dottor.

Cur porrò dilata est in tertium usq; die ista Christi Resurrectio?

Adolescens.

Quod permulta huc spectarēt. Prophetarum^d oracula, essetque omnis occasio iis præcedenda, qui forsitan olim in specie de vera eius morte dubitassent, si ante diē ter-
tii reuixisset.

d. Ioan. 2. 8
Matth. 11. c
Luc. 16. a
Hiero. in. 2.
ca. long. Ter-
tul. de resur-
recl. carn.
Aug. de con-
senſu Euan-
gelist. lib. 3.
Chryſof. in
Matt. & The-
ophylac.

LECTIO VIII.

Doctor.

TAM hæc sequuntur; Ascédit ad Cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis. Estne hîc tibi aliquid etiam dicendum?

Adolescens.

Est, Hæc enim Christi ascensio commonstrat, nō in terra nostram, sed cum eo in Cœlis param nobis esse^a mansionem. Deinde docet, eum qui tam eximia apud Patrem possit dignitate & gratia, nobis illum facile cōciliaturum esse, nostrāmque hanc bonorum omnium inopiam^b sua liberalitate, ac munificētia libenter leuaturum.

^a Ioan.3.2.
40.d
Luc.24.8
Mat.28.c
Marc.vlt.d
Act.1.b
Ephes.4.8
Heb.2.b

^b Coloff.3.1.
Heb.4.d
1.Pet.2.d
1.Ioan.2.a
Roin.5.a
Eph.2.c.4.e

Doctor.

Sed an ita ille in cœlum semel

ascendit, ut nobiscum iam omnino esse desierit?

Adolescens.

a Mat. 26.b

Ioan. 12.b

A& 1.b.

b Mat. 28.e

Ioan. 14.c

Ephes. 5.d

Heb. 1.b.1.d

1.Ioan. 2.a

c 1.Ioan. 6.d

Mat. 16.b

Luc. 12.b

Mar. 14.b

1.Cor. 11.c

Iust. apol. 2.

Ireneus li. 5

Origenes in

Mat. 16.

Cyp. de cor-

na domini.

Hilar. 8.de

Trinit.

Chr. hom. 92

Ambro. li. 4.

de sacram.

Aug. tract. in

Io&. 5.26.30

de Trini. ca.

4.lib. 1.

Cyril. Hie-

rosol. Catec.

4.

Cyril. 1 Ica.

lib. 4.

Epiphan. in

Marcioni.

tas, vide in-

fra cap. 4. le-

4. tone. 11.

Sanè: si de ^a mortalis corporis præsentia, quæ sub sensum cadat, interrogas, alioqui nusquam non sua nobis ille adest benevolentia ^b ac autoritate.

Doctor.

Quid? ergo ne is non verè ac re ipsa Sacramento altaris con-tinetur?

Adolescens.

Planè omnino, sed diuina qua-dam, & admirabili ratione, cùm ibi non ita sit ut sub visum ^c ca-dat, aut sub tactum veniat, qualis inter nos est aliquando diuersa-tus, tametsi, vti postea filius dis-seremus, veram eius ibi naturam atque

atq; ipsam corporis ac sanguinis
substantiam reipsa habeamus.

Doctor.

Hanc ergo filij ad dexterā pa-
tris sessionem sic asseris, ut intelli-
gas ab eo illum pro se quidē, pri-
mo; deinde pro ceteris corporis
sui, id est Ecclesiae, membris inge-
tem gratiæ, ac donorum omniū
vīm ac thesaurum accepisse.

Adolescens.

Ita est.

LECTIO IX.

Doctor.

Sequitur, inde veterum esse, vt
iudicet viuos & mortuos, Quē
ex hac oratione sensum elicis-

Adolescens.

Quod is diem destinauit certū
iudicio exercēdo in omnes ho-

a Psal. 96. a
Esa. 2. c. 27. a
Zach. 14. c.
Matt. 25. d.
Luc. 21. c
Iohn. 8. d
1. Cor. 4. a
Act. 10. c
Heb. 9. g
2. Pet. 3. a

C

mīnes, & eorum, quæcunque tandem ea sint, vel bonorum operū vel malefactorū rationi exigēdæ. Viuorū etiam nomine eos intellico qui repente, die illo superueniente, è vita hac statim in aliam conditionem mutabūtur. Mortuorum autem appellatione eos censeo, qui antè, quovis temporis spatio vita functi, propriis ipsorū adsumptis corporibus iterum in vitam restituentur.

Doctor.

Sed & Apostolos futuros quoq;
b Iudices accepimus.

Adolescens.

Et erunt illi quidem iudices, nō tamen magnæ illius sententiæ fērēdæ authoritate prædicti, sed cōfirmādæ cōtātum priuilegio exor-

a 1. Thess. 4. 4.
b Cor. 15. 4.

b Mat. 19. 4
b Cor. 6. 3

d Psal. 149.
Apoc. 4. b
Sap. 3. b
Chrys. Mat.
16. Augu. in
ps. 49. Hiero.
in Mat. 19.

nati. Alioqui enim tūm perfecta animorum disquisitio, tūm etiam summa iudicij ratio in eius erit singulare potestate sita, qui solus cordium ^a est scrutator.

Doctor.

Cū in ipsa statim mortis ^b hora singulatim omnes iudicentur, quid est iterum necesse nouā supremo isto die de omnibus ferre sententiam?

Adolescens.

Plurimum sanè refert, tūm ut ea summa Dei iustitia, cuius nos hīc ferè omnino causæ latēt, magna &c incredibili admiratione seipsum exerat ac declareret, tū etiā ut Christus i.e.s.v.s ipse deo Patri subiectus ^c plenē sibi omnia subiicit, & rerum summam sine vlla

^a Hier. 17.c
1. Cor. 4.8
Heb. 4.c
Psal. 33.d

^b Eccl. 11.4
Eccl. 11.4
Luc. 16.14
& 11.5.g

^c Psal. 41.
Ioel. 3.a
Act. 1.b
Mat. 14.c.
Aug. 2. & 30.
de cimit.
d Psal. 5. &
109.
Daniel. 7.d
1. Cor. 15.d
Philip. 2.b
Heb. 1.c
Coloss. 14.
Apo. 3.b

C ii

omnino controuersia adminis-
tret.

Doctor.

Estne d̄res ista cum terrore ali-
quo formidanda?

Adolescens.

Bonis minime, sed magna po-
tius animi^a ac conscientiæ lætitia
expectāda. Adesse tamen metu-
necesse est, tūm quòd nos ipsi no-
bis vitiorum nostrorum; quorū
tunc ille vindex erit acerrimus,
probè conscij esse debemus: tūm
etiam metuere, ne repente^b & de-
imprōviso dies illa, quæ tanquam
fur nocte intempesta pro foribus
aderit, nos comprehendat: tūm
denique s̄pē meminisse, in tanto
totius orbis terrarum fragore, &
creatrarū omnium trepidatio-

^a. Mat. 14. 6.
Rom. 8. d.
Philip. 4. d.
^z. Cor. 7. c.
^z. Thess. 5. b.
Heb. 10. d.
^z. Pet. 3. c.
Apo. 22. 6.

^b. Luc. 12. 5.
Mat. 24. d.
^z. Thess. 5. a.
Apo. 3. 2. 16.
^z. Pet. 3. c.

ne, neminem sine aliquo metu ac timore futurum.

LECTIO X.

Doctor.

Quoniam video te primam iā ac secundā fidei nostræ, ac huius Symboli partem explicasse, ad tertiam & ultimam accedamus.

Adolescens.

Credo in Spiritum sanctum. Hæc autem ^a tertia est in Trinitate persona, quæ cum patre & filio eiusdem est naturæ, bonitatis, potentiarum, atque essentiarum.

Doctor.

Quur eum vocas Spiritum?

Adolescens.

Quòd ab eo vniuersalis vitæ ratio spiretur, & ea potissimum.

C iii

a Gen. 6.3
Iean. 1. 14.b
16.a
Mat. 28.4
Rom 8.b
Act. 5.8
1. Cor. 12.2
Concil. constante. primæ.
Aug. 1.1.3.5
de Trans. &
de fide &
Symb.
Hilar. de Tri
nit. lib. 4.

b Psal. 104.4
Gen. 1.2
Iean. 1.4

a 1. Reg. 10. b
Ivan. 3. a
Act. 5. a
Rom. 7. b. 2. b
1. Cor. 3. d
1. Ivan. 4. c
Ephes. 3. a. 4. b

quæ nostrarū animarum est pro-
pria, quibus^a peccati culpa ac rea-
tu nonnunquam oppresis, ac se-
sepultis, vbi per pœnitentiam reui-
xerint, gratiam ac donorum suo-
rum viu ac fructus, recens, hic di-
minus spiritus infundit.

Doctor.

Quæ sunt hæc tandem dona?

Adolescens.

Sapientia ^b in primis, deinde
Intellectus, Cōfiliū, Fortitudo,
Scientia, Pietas, & Timor.

Doctor.

Qui verò sunt fructus, quæve
gratiæ?

Adolescens.

Charitas, ^c Gaudiū, Pax, Patien-
tia, Longanimitas, Bonitas, Beni-
gnitas, Māsuetudo, Fides, Mode-

^c Rom. 12. b
Galiat. 5. d
Philip. 2. 2.
Iacob. 3. 4.

Stia, Continentia, Castitas.*Doctor.*

**Nonne est quoddam peccatum
quod aduersus hunc Spiritum san-
ctum præcipue nominatur?**

a. Mat. 12. e
Mar. 3. d
Luc. 12. b
3. Joan. 5. e

Adolescens.

**Est, solētq; illud cōmitti b ob-
stinati cordis vitio in errore ali-
quo, c desperatione item salutis,
suis ipsius præsumptione, rerū a-
lienarū d inuidia, & ea quā vocat
impœnitentia e finali.**

b Exo. 5. 5. 7
Esa. 6. c
Heb. 3. b
Id. 4. & 12. g
Act. 7. f. 28. f
Rpm. 11. b
c Gen. 4. c
Luc. 23. d
Ioan. 18. 2
d Act. 1. c
e Cor. 2. c
d Eccles. 5. c
Act. 8. b
e Tim. 3. c
Gen. 37. b
f Pet. 2. a
g Reg. 14. b
Mat. 27. b
e Esa. 28. c
Heb. 5. a. 10. c

Doctor.

**Et hæc nonne in Patrem & Fi-
lium cquè ac in spiritum sanctum
admittuntur?**

Adolescens.

**Sanè, Contra spiritum tamen
sanctum hoc solet ideo maxime
nominari, quod cū ex eo, vti di-**

C iiii

Etum est, ratione quadā pecuniarī,
bonitas omnis atque clementia
proficiuntur: hæc tamen preclara
eius dona hoc imprimis flagitio
conculcantur, quod raro ideo re-
mitti solet, quia in illud qui labū-
tur nūquām ferè ad animi pœ-
nitentiam emoliantur.

LECTIO XI.

Doctor.

Nihil ne præterea amplius est
ab hoc Spiritu commodi ac
diuitiarum?

Adolescens.

Maxime, testatur enim ille quod
sumus ^b filii Dei.

Doctor.

Nō sine tam eius rei reddit secu-
ros, vt de sua singuli salute sine
peccato dubitare non possint?

^a Psal. 24.
^{1.} Thess. 5. c.
Heb. 6. a. 10. c.
Aug. in Psal.
247. & 67.
De serm. do-
mini libr. 2.
& de Verib.
dom. ser. 11.
Retra&at. li.
2. cap. 9.

^b Hiero. 3.
Ioan. 1. c.
Rom. 8. d.
Ephel. 1. d.
Philip. 1. d.
2. Thes. 3. a.
3. Ioan. 5. b.

Adolefctns.

Haud ita planè. Si qua enim aliquando fuerit eiusmodi in nō nullis salutis certitudo, id non ex ordinaria lege, sed ex priuilegio profectū est. Neq; enim promissiones diuinę spectāt ad singulos, sed ad vniuersi generis homines, quicunq; ritē nomen dei inuocauerint.

Doctor.

Quid igitur: nōnne qui Spiritu Dei agūtur, eius sunt filij omnes?

Adolefctns.

Sūt quidem: sed quis eo potissimum agatur, nemo nisi priuata quadam & peculiari reuelatione scire potest.

Doctor.

Doces ergo de sua salute nem-

a. 2. Cor. 12. b
Matt. 20. b
22. Ioan. 6. g
17. c

b Mat. 16. d
Esa. 1. d
1. Cor. 10. a
Heb. 3. a
Apo. 2. 3
August. de
cor. & grat.
ca. 1.; in epि.
Ioan. tract. 6.
Chrys. Hom.
62. in Matth.
Origen. in
Mat. hom. 35

c Rom. 8. b
Ioan. 1. c
2. Tim. 2. b
Galat. 4. a

a Rom. 5. a
 8. d
 2. Co. 1. d. 5. a
 Heb. 9. d
 Ephes. 1. c
 Tit. 2. b
 1. Pet. 1. b
 b Eccles. 9. a
 Rom. 11. c
 1. Cor. 4. a.
 9. c
 Philip. 2. b
 Ephes. 2. b
 2. Pet. 1. a
 Aug. lib. 11.
 de ciuit. cap.
 22. & tractat.
 in Ioan. 45.
 Hieron. in
 eccl. Orig.
 in 8. cap. ad
 Ro. Bernard.
 Serm. 68. in
 cant. & 1. de
 oðana Pasch
 & 2. in oðau.
 Peteco. Mie-
 son. epik. ad
 Dardan.

né , ^a nisi spē quadam quæ animū
 vehementer consolatur, certū es-
 se posse, nisi prærogatiua quædam
 accedat. Quò fit vt cū timore o-
 mnes ac tremore ^b salute in nostrā
 operari debeamus, nostramq; vo-
 cationem bonis operibus certam
 reddere, quæ nullam vñquam tā-
 tam nobis securitatem adferent,
 quantam fides catholica in cæte-
 ris Religionis Christianæ myste-
 riis, animis nostris pollicetur.

Adolescens.

Sanctè. alioqui summam hanc e-
 go temeritatem atque animi præ-
 cipitationem esse iudicarim.

Doctor.

Vocas etiam Spiritum hunc
 Sanctum?

Adolescens.

Et rectè quidem, Est enim ille totius ^a fons puritatis ac sanctimoniae, & eius est munus præcipue animorum nostrorum labes interiori gratia ^b eluere, quā cordibus nostris tūm in Baptismo, tūm aliis in reb^o etiā sacris diffundit.

^a 1. Reg. 2.8.
Exod. 15. b
Jacob. 1.1.

^b Zach. 12. 8
Mat. 3. c
Ioan. 4. b. 7. f
1. Pet. 3. a
Rom. 5. 4
1. Thess. 3. d
Eph. 3. c. 3. b.

LECTIO XII.

Doctor.

Cedo iam nonum articulum.
Adolescens.

Credo Ecclesiam sanctam Catholicam, Sanctorum communionem.

Doctor.

Quid vocas Ecclesiam?

Adolescens.

Coetum eorum ^c qui ad fidem vocati, & Baptismo Christi inserviunt sunt.

^c Ioan. 11. g
Rom. 6. b. 10.
b. Coloss. 1. d
Eph. 4. 2. 5. d
1. Cor. 1. a
1. Pet. 1. a
Heb. 9. c.
a. Iean. 3. j.

Doctor.

Qua verò ratione hæc, quam sic definis, Ecclesia, ab iis potissimum cœtibus dignoscetur, qui Ecclesię nomen tam audacter, ac vafre^a sibi usurparunt?

Adolescens.

Notis aliquot ac signis quibus eam præclarè Deus ipse distinxit.

Doctor.

Eam ergo censes in primis esse visibilem.

Adolescens.

Quid nimirum? Si enim ipsa Ecclesiæ membra (id est Christiani homines) sunt aspectabilia, ^b profecto ipsum corpus aspectabile quoque esse debet. Adde quod ea, quibus illam tanquam sponsam charissimam Christus illustrauit, orna-

a Psal. 25.
Iren. lib. 5.
Lad. lib. 5. c.
30. Hilar. ad
Constant. Tert.
tull. de præ-
scrip. Augu-
stini. epist. 3. ad

1. Cor. 12. c
Ephes. 4. c

menta ac munia, ^a nō nisi officiis
ac ministerio visibili præstari di-
stribuiq; possunt.

Doctor.

Age: Cedo quæ sint hæc signa
ac notæ?

Adolescens.

Hanc ibi nos imprimis Eccle-
collocamus, vbi verā diuinæ b le-
gis explicationem, ^c ac legitimam
sacramentorum administrationē
intuemur.

Doctor.

Est ne porrò id satis?

Adolescens.

Nequaquam: nam de suis d ea-
dem conuentibus hæretici ma-
gnifice prædicāt: sed tertiam nos
& certissimam notam his duabus
adiicimus, perpetuam nimirum:

^a Matth. 16. 2.
Ioan. 21. d
Act. 20. c
Ephes. 4. c
Tit. 1. 8
^b Aug. epist.
contra Fun-
dam. cap. 4.

Esaï 50. 3.
Ioel. 2. c
March 16. d
Ioan. 20. b
Galat. 1. 2
1. Cor. 3. 4. 10.
a. 12. c.
Ephes. 4. c
Roma. 12. b.
^c Psal. 22. 8
Io. 3. d. 7. c
March. 6. d.
1. Cor. 11. d
Ephes. 5. d

^d Iren. lib. 2.
cap. 15. lib. 4.
cap. 42.
Tertull. de
præscrip.
Aug. coll. 3.
dier.

nullaque ætate distractam Pasto-
rum ac legitimorū in ea ordinū
successionē, quos Deus in ea ad-
huius regni sui gubernationē in-
tegram, initio collocauit.

Doctor.

Quid censesne tu Ecclesiā suc-
cessibus ac vicissitudine morta-
lium hominū esse adstrictam at-
que fabrixam?

Adolescens.

Non censeo: sed id vehemen-
ter assero, non magis hanc perpe-
tuam ^b Pastorum successionē Ec-
clesiæ deesse posse, quam vel diui-
ni verbi prædicationē, vel ipsam
sacramētorum administrationē:
connexa sunt enim hęc inter se, &
coniugata.

^a Rom. 12. c.
^a Cor. 33. d.
Ephes. 4. c.
Tit. 1. a.
^a Cor. 4. 8.

Doctor.

Doces ergo hāc successionem
nostrorum in Ecclesia ordinum,
nō esse hominum quoddam fig-
mentum, sed diuinam institutio-
nem,^a multò minus iā amplius in
posterū interituram, quàm olim
suo tēpore in veteri ^b Synagoga.
Quocirca si qui forte in hac cō-
estī Republica, mun^o aliquod pu-
blicū sibi audēt arrogare, ac fun-
ctionē aliquam sacrā priuatim sic
exercere, vt nullā possint maio-
rum suorū ^c authoritatem legiti-
nam, ac certam etiam vocatio-
nis suæ notam præ se ferre, nullo
acto audiendi sunt, neque veræ
Ecclesiæ ministri existimādi, sed
cuiusdam potius diabolicæ syna-
gogæ satellites.

^a Rom. 14.6
Act. 20.4
Luc. 22.4

^b Num. 19.
Deute. 10.9
3. Reg. 2.6

^c Tren. lib. 3.
cap. 43.
Terrull. de
prescrip. Orā
gen. lib. 1.
Cypr. lib. 1.
epist. 6. His-
tory. ad p̄-
ma. Aug. epi.
90. 63. 162.
365.

Adolescens.

Ita credere omnino necesse est.
 Quare nemo omnium, his Ecclesiarum eiusmodi fucatis ac inanibus titulis abduci debet, quos impia hæreticorum cateruæ sibi vēdicant, cùm Ecclesia nostra ea sit sola quæ perpetuam suorum Patrum successionem iam inde ab Apostolis, longa serie oculis omnium possit demonstrare.

LECTIO XIII.

Doctor.

QUARE eam vocas sanctam? an ideo quod in ea non sint nisi sancti, ac cœlo iā certè destinati?

Adolescens.

a Matth. 13.4
22.25.
Luc. 15.6
1. Pet. 2.4
Aug. tract.
in loca. 45.
contra donat.
tit. pafim.
Orig. in Io.
2. liomil. 22.

Minime, ubi enim vna & eadē fides est ac religio, ibi in vna eandemque Ecclesiam omnes conueniunt.

niūt, sed sanctam ideo vocamus, tūm quod extra illam nulla ^a neque sanctimonia, neque salus esse possit, tūm etiam quod eam Christus in dies tanquam sponsam ex mūdat, vt exhibeat illam sibi gloriosam, non habentem ^b maculam aut rugam.

Doctor.

Quur deinde appellas Catholica-

Adolescens.

Ea dictio vniuersalem signifi-
cat, Et recte, nam familiare ad omni-
nes homines doctrina Christi
^c peruagata est, vt ab eius Ecclesia
nemo non libenter admittatur,
qui dicto eius audire velit, qui-
cumque tādem aut ubique sit
loco rum.

D

^a Esaie 44. d
Matth. 16. c
Ioel. 2. g. 3. 4
Gal. 3. d
1. Pet. 3. d

^b Ephes. 5. f
Hi. ar. in 13.
matth. Aug.
ca. 6. de vera
relig. retrac.
li. 2. c. 18. de
fide ad Petr.
ca. 43. de nup-
pti. & cōcu-
pisc. lib. 1.
cap. 34.

^c Psal. 2. 49. c
Esa. 54. d
Ado. 10. d
Apoc. 5. c
Gal. 3. d.
Maiac. t. d
Aug. epis. 48.
170 sermo.
de tempore
131. & 181. de
symbol. &
lib. 2. contra
Petr. ca. 38.
Basil. contra
Eunomium
lib. 1.

Doctor.

Non ergo turba quædam in angulo delitescēs, aut collecta temerè ex vna aut altera natione Ecclesia censeri potest.

Adolescens.

Non sane, Est enim vetere illa Iudaorum Synagoga multò præstantior, atque numerosior.

Doctor.

Huius verò regendæ authoritatem, quoniam tu prælatis ac Pastoribus paulò ante tribuisti, quam illorum sunt in eogenere manera.

Adolescens.

Debent illi populis Dei legem explicare, sacramēta administrare, & earum rerū quæ controuerſæ de religione subinde incidūt.

a Act. 10. d
Rom. 2. c
Galat. 3. d
Apoc. 5. c
Aug. epi. 49.
ad Vincent.
Donat, de s-
gone Chri.
vap. 30.

b Mark. 3. a
18. d
Marc. 16. d
Act. 1. 6. 9. d
3. Petr. 5. a
c Deut. 17.
Act. 15. c
1. Cor. 11. c

nodos soluere. Cætera etiam omnia quæ ad germanum Ecclesiæ ordinem ac splendorem pertinent, diligenter statuere, ut nulla in ea motum ac legum deformitas apparcat.

Doctor.

Sed hæc leges ac constitutiones Ecclesiæ possuntne conscientia peccati nodum innectere?

Adolescens.

Quid nō? Nam si ciuilium legū maiestatem ex edicto apostoli tantopere reueremur, multò certè magis eorum iura tueri ac servare debemus, quorū in Ecclesia autoritas eo grauior, quod diuinior; & qui diligenter per vigilat quasi rationem de nobis reddituri, quibus sic ex animo parē-

D ij.

^a Rem. 11. b
Cor. 14. g
Hebr. 3. c
Tertul. apol.
cap. 39. c. &
Iust. apol. 2.
contra gentil.
Clemens epi.

^b Prov. 18. 5
Rom. 13. a
I Cor. 5. a
Timot. 2. a
Pet. 2. c

^c Malac. 3. 4. l
Deuter. 17. b. l
Lucas 10. c
Act. 15. v. c
Hebr. 13. 1. c

dum est, ut cū gaudio nobis praesentantur & non gementes, hoc enim non expedit nobis.

Doctor.

Quid si leges eiusmodi fuerint iniquæ, eis ne mos gerendus est?

Adolescens.

Nobis sane, si forte unquam prodierint eiusmodi, Sed cum ille ad diuinæ scripturæ sensum, Apostolicasq; traditiones semper omnes confessæ, & communii omnium pastorū atque populorum consensu tam longa temporū serie receptæ fuerint, nemo est qui vel de his male quicquam sentire aut suspicari possit, vel qui curiosius eas debeat discutere.

Doctor.

Das porro huc honorem sumi-

a Ioan. 14. c
Lucr. 10. d
1. Thes. 2. a. d
Iren. lib. 3. c
4. & 45.
Tertull. de
prescr. Ba-
silii. de Spi-
san. cap. 27.
epi. 6. 3. Aug.
c. 4. constant.
funda. epi. R.
108. 118. Ani-
brof. de fide
Ioh. 3. c. 7.
August. cōtr.
Cresco. II. 2.
33. cont. epi.
Manich. cap.
4. & 5. Ori-
gen. in 29.
math. hist.
tripart. lib.
9. cap. 19.

magis Conciliorum autoritati ; quæ cum plenè ac legitime in Ecclesia coguntur, eā in primis verè representant , & cum à Spiritu sancto erudiātur, nullo pacto in iis^a quæ ad salutem nostram pertinent, labi ac errare possunt.

Adolescens.

Volo.

Doctor.

Sed nunquid inter se aliquando pugnantia quædam decernūt eiusmodi concilia ?

Adolescens.

Nunquam, nam cùm summa fidei ac religionis nostræ capita ,^b de quibus in Ecclesia aliquando cum Hæreticis contentiones existunt , nunquam vlla ratione immutentur , pugna ibi aut con-

D iii

^a Matt. 16. b.
18. d
^b Ad. 15. a.
20. b
Aug. li. 2. c. 1.
cont. donat.
epi. 1. 8. Origen. li. 1. p. 6.
et alio.

^b March. 7. d.
19. d
Luc. 7. g. 22. d
1. Cor. 3. b
2. Cor. 1. c. d.
3. c. 4. d
1. Tim. 3. d
2. Timo. 2. b
Heb. 2. 2. 3. b
2. Pet. 1. b
Concil. Calced.

tentio mutua nulla vñquam esse potest. Leges vero, quæ varias ob causas rerum, temporum, ac personarum, ad publicam vel omniū vel quorundam vñfitateim non-nunquam statuuntur³ immutari quidem aliquando solent, sed cū ea omnia ad ordinem Ecclesiarum referantur, sarta testa semper sunt nobis omnia quæ ad fidem & salutem ipsam requiruntur, ac proinde quæ ita variè hac in parte Concilia statuunt, vt priora posterioribus decreta aliquando videantur antiquari, non magis inter se pugnant, quam ipsa temporum ratio, ac dignitas vel conditio quævis personarum.

a Ad. 15. b
Aug. li. 3. c. 3
coat. Donat.
Basil. lib. de
spiritu san.
c. 27. Euseb.
Ecclesiarum.
li. 7. ca. 22. 8.
Aug. cōt. Do
na. li. 7. & 17.
epif. 29. Aus.
alct. martyrum.

LECTIO XLIIII.

Doctor.

QVid vocas sanctorum communionem?

Adolescens.

Hac ipsa, fideles in suo quisque gradu ac vocatione inuicem arctissime cum Ecclesia^a, tanquam membra cum corpore & cum eius capite Christo^b, ex quo bona omnia nostra proficiuntur, i e s v coniunguntur: Deinde bonorum quae singulatim ab omnibus fruunt operum, summa inter omnes extat communicatio, dum & mutuo ac inuicem orant, & eadem simul dilectione ac coelesti benevolentia coalescant.

Doctor.

Potestne aliquando communio-

D iiii

- ^a Ioan.17.b
Rom.12.c
- 1.Cor.1.a
- 10.d. 12.c
- Ephe.4.b.5.e
- Gala.3.b
- Act.2.b
- Coloi.1. a
- Fphei.1.c
- b. Ioan.1.e
- 2.Pet.1.a
- Psal.138.
- Jacob.1.c
- 2.Cor. 1.b.

nis huius fructus periclitari
Adolescens.

Potest sanè . idque tum maxi-
me , cùm quis grauem ob culpam
(qualis esset vel animi in aliquo
flagitio pertinacia , vel schisma ,
vel heretis , aut aliud aliquod cri-
men publicum) Ecclesiae authori-
tate ac cēfura ^a à cōmuni bono-
rum vſu atque societate reiicitur .

Doctor.

Quem vērō mihi vocas vel Hē-
reticum , vel Schismaticum ?

Adolescens.

Eum ego iure nomino Hēreti-
cum , qui cōmūnem fidei Ca-
tholicae , quam aliquando profes-
sus est , regulā ^b , vel vna in re per-
tinax oppugnat . At ille mihi cen-
setur Schismaticus , qui Catholi-

- ^a Num. 12. b
- Matt. 18. c
- 1. Cor. 5. a
- 2. Tim. 1. d
- 2. Ioan. 1.
- 2. Thes. 3. e
- Cypr. lib. 1.
- epi. 11.
- Aug. ser. 68.
- de v. rb. apote-
- sto. epist. 86.
- 266.
- Contra Pan-
- menian. lib.
- 3. ca 2.
- Orig. in Nu-
- me. homi. 15
- Chrysl. in 18.
- Matthxi.
- b 1. Tim. 2. a
- 6. a
- Tit. 3. a
- Iren. lib. 4.
- ca. 43.
- Hiero. in e-
- pist. ad Gala.
- Ang. contra
- Creto. lib.
- 3. ca. 3.

cam quidem fidē profitetur, sed aliqua leui aut nulla sēpe occasione offensus, ab Ecclesiæ sc^a autoritate & communione separat.

Doctor.

Perge iam, & de peccatorum remissione, qui decimus est in Symbolo articulus, dissere.

Adolescens.

Hæc illa est peccatorū remissio quam I E S V S Christus nobis morte & sanguine suo certissimè conquisiuit; quæ quidem nobis singillatim communicari solèt quotidie, vi ac autoritate ^b clauiu, quas Ecclesiæ tanquam tribunal quoddam esse voluit, administris tamē earum pastoribus legitimis, summo vnius ac visibilis Capitis, id est, supremi Pontificis iudicio.

- ^a Psal. 18.3
- Matt. 20. b
- A& 21. f.
- 1. Cor. 1. d
- 2. d.
- Ephes. 1. b
- Colos. 1. b
- 1. Timo. 2. b
- Heb. 9. c.
- 1. Pet. 1. b
- 3. Pet. 1. a

- ^b Matt. 16. e
- Ioan. 10. f
- Cypr. lib. 1. e
- Epist. 1.
- Chrys. lib. 3. de sacerd.
- Ambro. lib. 1. de pœni. c. 2.

Doctor.

Quod est tādem istud caput,
seu, ut vocas, supremus Pontifex.

Adolescens.

Romanus Episcopus, quem D.
Petro^a Apostolorū Principi iam
inde ab initio succedere credi-
mus, qui summam totius Ecclesiæ
administrationē accepit à Chri-
sto, tūm sibi tūm suis etiam suc-
cessoribus.

Doctor.

Afferis ergo D. Petrum Romæ
aliquando confeditisse?

Adolescens.

Affero sane: atque adeò ut mi-
hi illi sine fronte omnino esse vi-
deantur, qui post tantam totius
antiquitatis^b confessionem, au-
dient ea de re dubitare. Sed & D.

1 Mat. 19.8.
oan. 21.6.
1&. 1: d. 8.c.
re. lib. 3. c. 3.
Sertulia. de
transcrip.
Cypr. lib. 1.
epist. 2.
Dridgea. 10
6. Mat.
August. libr.
1. contra Pe-
nilia. cap. 51.
epist. 90. 91.
13.
Tract. in Ioā.
124.
Cyril. floā.
Hierony. ad
Pammach.
Cōcil. Chal-
ledo.
Ephes. 1.
Ambros. lib.
1. ad vitg.
lap. ca. 6.
Basilius epi.
11.
b 1. Pet. vlc.
Iren. lib. 3.
cap. 3.
Papias Nie-
rofol.
Abdias.
Clemens
Romabus.
Caius.
Dionys. Co-
rinth.
Egekip. li. 3.
Tertullia. de

ipse Petrus primā illā suam gravitatis ac sanctimoniac plenam epistolā Romæ edidit; quam tum certè merito Babylonem nominauit, quod ea cùm adhuc nō esset Christi doctrinis imbuta, omnium malorum ac infinitæ cuiusdam impietatis ac superstitionis sentina iure videretur.

LECTIO XV.

Doctor.

Habemus iam articulū in ordine undecimum, De carnis resurrectione.

Adolescens.

Habemus: & eum quidē magnæ consolationis & spei, illis qui corpus hoc fragile & caducum diuino seruitio mācipant, & hæc terrena moribundāque membra

præscript.
in scorp.
Clemens Alex-
and. li. 6.
Euseb. lib. 2.
ca. 25. histo.
Eccl.
Hierony. de
viris illustr.
Cypr. lib. 1.
epist. 3.
August. eon-
tra Peñl.
lib. 2. ca. 57.
epi. 90. 93.
162.
Ambroſſer.
67.
Optatus Afer
de schis. De-
natist.
Nicepho. li.
2. cap. 36.

iustitiae atque virtuti quotidie mactat. Hæc enim una illis est ratio æternitatis speradæ, & stimulus quidam grauis ad puritatem & castimoniam eius corporis tamenquam pretiosi cuiusdam^a vasis retinendam, quod beatæ aliquando ac præfulgetis animæ, veluti beatus ac præfulgens denuò thesaurus esse debet.

Doctor.

At improbi homines æquè ne ac iusti resurgent?

Adolescens.

Planè, iusti quidem ut perpetua æternitate perfruātur: Improbi verò ut semper tormentis cruentur,^b vnuſquisque enim refert prout gessit in corpore suo, siue bonum siue malum.

^a Matt. 25. d.
Ioā. 5. d. 21. c
^b Cor. 15. d
Thes. 4. d
Galat. 6. d
Aug. de ciuitate lib. 20. 21.
& lib. 4. de Trinit. ca. 2.

Doctor.

Cedo iam postremum articulum.

Adolescens.

Vitam æternam, Amen.

Doctor.

Cedo quoque eius sensum ac explicationem.

Adolescens.

Hic est laborum omnium nostrorum praemium ac terminus, hic ea quæam expectamus summi illius boni iucundissima fruitio, vita nimirum æterna, quam sane vnam omnes sperare, ad eamque niti & cotendere magnopere debemus. Si enim omnibus singulatè mortalibus hac ipsa in terris vita, qualiscunque ea sit, nihil est plausibilius, quanto ea postea pre-

^a Mat. 19. c

Ioan. 17. a

Rom. 6. d

Ephes. 1. a

2. Timo. 1. c

Tit. 2. a. 3. a

Colos. 3. a

1. Ioá. 2. d. 4. b

5. b

1. Pet. 1. a

2. Pet. 1. a.

Apo. 2. b

ferēda magis quæ perpetuis mo-
mentis ac æternum in cœlo est
duratura?

Doctor.

Sed quibus tandem hæc beatitu-
tudo ac æternitas cedet?

Adolescens.

Iis sanè qui & legi, de qua po-
stea, parent, & actionibus sancte
& gnauiter incumbunt, illis præ-
sertim quæ euangelicis libris di-
serit continentur, quarum singu-
lis præmia quædam certa consti-
tuta sunt, & tanquam ius quoddam
cœlestis hæreditatis ad eūdæ pro-
positum.

Doctor.

Ecquæ sunt illæ tandem?

Adolescens.

Quæ octo tanquam axioms.

Lean. 14.b.
Iacth. 16.0
2.d. 1.c. 3.b
d
Chrysost. &
heophy. in
Iacth.
August. de
v. domini;

tibus illis describuntur^a quas octo beatitudines vulgo nominamus, ac in hunc modum recensemus: Pauperes enim spiritu beatos^b dicimus, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: Beatos quoque mites,^c quod ipsi terram sint possessuri: Lugentes ,^d quia consolationem accipiēt: Siti ac fame iustitiaz^e oppressos, quod aliquando sint explendi: Misericordes, eò quod misericordiam sicut cōsequuturi: Mundo etiam corde præditos,^f quia Deum illi videbunt: Pacificos, ^g erunt enim filii Dei, atque adeo vocabuntur; Persecutionē denique patientes propter iustitiam, quod eorum quoque sit regnum cœlorum.

- ^a Matt. 5. b.
- Luc. 6. d.
- 1. Pet. 2. d.
- Jacob. 1. 6. 5.
- b 1. Cor. 1. b.
- Jacob. 2. a.
- 2. Reg. 22.
- Prover. 22. b.
- 15. b
- c Num. 13. 4.
- Psal. 37. a
- Matt. 11. d.
- d Ioā. 16. a.
- 2. Cor. 6. b. e.
- Iaco. 5. c
- e Oſte. 6.
- 9. b
- Luc. 1. c
- 1. Reg. 2. d
- f Olce 6. c
- Prover. 22. a
- 22. b
- Ephes. 4. 5
- Colos. 3. b
- Mat. 12. a. 23.
- Luc. 11. f
- 1. Reg. 20. 8
- 15. a & 20.
- Iaco. 2. c.
- g Psal. 24. 6
- 50. c
- Matt. 23. c
- Ioān. 15. a
- 2. Tim. 1. d
- b Ps. 45. b
- Matt. 10. d
- Ioān. 4. a
- 2. Cor. 14. f
- Rom. 12. d
- 2. Tim. 2. d
- 2. Thes. 5. d
- i 1. Pet. 3. c
- Heb. 13. 8. 1

LECTIO xvi.

Doctor.

Es t ne amplius aliquid nobis credendum, quam quod his xii. articulis expresse ac disertè continetur?

Adolescens.

Est, permulta sunt enim sacris & canonicis scripturæ volumini- bus expressa ; quorum cum nulla h̄ic omnino fiat intentio, ^a credēda sunt tamei, & perpetuō reti- nenda.

Doctor.

Recte : & ea tam et omnia cō- mode articulo illo vēlati ipsolu- ta atque implicata continentur, qui de Spiritu sancto atque Ec- clesiæ mysterio authoritatē quo- editus est : nam & inde omnia tā- quam

a. Ies. 10. 8.
Luc. 1. 8
Act. 1. 4
Gal. 1. 8
1. Cor. 15. 8
Chrys. in 1. 1.
Ies. 8. & in 1. 6.
August. ibid.

q̄ ex purissimo quodā veritatis
fōte proficiisci, & verā ex eo que-
stionum atque controversialium
omnium explicationem peti de-
bere omnes confitentur.

Adolescens.

Sic sentio, ac proinde quē no-
bis ab Ecclesia proponuntur, ea
tāquam certissima nobis esse de-
bent, & ab eius oxe proficiisci cre-
dēda sunt^b quæ verissimæ Christi
verbo columnæ veritatis sic est
constituta, ut neque errare ipsa,
neque erroris causa cuiquam vñ-
quam esse possit.

Doctor.

Age, hacten, de qua tū sa-
tis multa dixisti, Dei cognitione
comparata, nihil ne amplius no-
bis quam de fide erit cogitandum.

Enī

^a Matt. 23. 8.
Ioan. 16. b

1. Timo. 3. a.
Iren. li. 3. c. 4.
lib. 4. c. 45.
& 61.

August. cōtr.
epi. Fundā.
cap. 4.
Hieron. cōtra
Lucif.
Hist. tripart.
lib. 2. ca. 7.

^b Matt. 16. d.
ib. 2.

Ioan. 16. b.
a. Pet. 1. e.

1. Timo. 3. d.
Cyp. de sim-
pli. prælat.

Aug. contra
epi. Petil. ca.
3. & 4.

De vñit. Eccl.
e cap. 3.

De bapti. cōtra
Donat. li.
1. cap. 4. & 7.

& 17.

Hist. tripart.
lib. 9. c. 19.

Hierony. ad
Pamm. & ad
Miner.

Adolescens.

a Marc. 13. b
 Ioan. 6. b
 Heb. 11. b
 b Marc. 1. d
 Ioan. 12. g
 Acto. 10. g.
 13. f
 Gala. 2. d
 Rom. 10. c
 1. Pet. 2. b. d
 Esa. 42. b
 45. b
 1. Cor. 1. d
 Phil. 3. e
 Gala. 5. a
 c Deut. 5. a
 Lue. 1. g
 Eph. 1. a. 2. b
 Tit. 2. d
 2 Pet. 3. a
 d 1. Cor. 3. f.
 2. Cor. 6. a
 Iaco. 4. c
 Heb. 3. a. 5. c
 e Timo. 2. a
 Matt. 5. c. d
 Chrys. de fa-
 de & lege
 Homil. 10
 genes. 1.
 August. cōt.
 Iul. lib. 6.
 cap. 27.
 Lib. de fide
 & opere. & de
 gratia. &
 liber. arb.
 passim.
 Hilar. in Ps.
 51.
 Amb. devoc.
 gēt. li. 1. c. 8.

Plane omnino : quamuis enim
 hēc fides ea sit quæ aditum nobis
 primò ad Christi promissiones
 patefaciat, eiq; veluti fundamēto
 cuidā innitatur nostrorū pecca-
 torum^b remissio, nobis Christi, ex
 quo ^cnostra omnis iustitia pēdet,
 merito & sanguine collata, lege-
 tamen grauiter obstringimur, vt
 in bonis^d operibus quæ Deus no-
 bis præparauit, ambulemus; vt pa-
 rem laboribus ac benefactis mer-
 cedē^e reportem^f. Nō decet enim
 nos Dei optimi gratia abuti otio-
 sè ac sine fructu, sed tā nobis de-
 bet esse Christus Legislator^f vt ei
 pareamus, quam Redēptor, vt ab
 eo iustificemur.

Hierony. in epi. ad Gal. Cyril. lib. 6. in Ipp. 3. Job. lib. 9. c. 25. d. Exod. 34.
 Roman. 11. a Galat. 3. a Ephes. 2. a 2. Tim. 1. c Tit. 2. d 1. Deut. 10. b Ex-
 chiel. 11. 4 Rete. 23. f 2. Cor. 4. b AG. 16. c 1. Pet. 2. d Philip. 2. b

LECTRO XVII.

Doctor.

SVnt ne porrō actiones nostræ eius gratiæ tanquā causa princeps, quæ iustificādis nobis à peccato, in corda nostra infūditur?

Adolescens.

Minimè: à nobis enim, quamdiu iratū Deū, nos, iræ filij & peccato inquinati, experimur, ^a nihil potest proficiisci q̄ ei magnopere gratū acceptūq; sit, neq; leriō ante, ad eius bonitatem cōfugere, & quidquā iustū ac mercede dignū operari possumus, quām eius gratia ac fauore præueniamur.

Doctor.

Quā ergo nobis iustitiā hę nostræ actiones cōparant, & cui visu at utilitatē esse possunt?

E. ij

Adolescens.

Certè vbi semel per fidem ac dilectionē² virtutes à Deo nobis infusas, & harū actionū vna ^b nobiscum opifices sumus iustificati, augent indies spem ac fiduciam vocationis nostræ, faciuntq; virtutis ac iustitiae in nobis magnā accessionē. Quoniam verò hæc, quæ recta nos vocamus opera, & Spiritus sancti sigillo quodāmodo sunt impressa, & ea voluntatis nostræ libertate, quam habemus, adnixa, magnæ coram Deo mercedis causæ nobis esse solent, atq; adeò æternitatis certissimæ quædam pignora, non autem otiosa illa & emortua signa fidei & charitatis nostræ.

Doctor.

Præclarè , Atque hæc tua do-
ctrina védicat nos ab eorū calū-
niis qui putant nos híc mediato-
ris nostri gratiā labefactare,^a per-
inde ac si plus æquo nobis in sa-
lute nostra operāda tribuerem⁹:
& hoc inde cōmodū etiā assequi-
mur, qđūm nostrā quoq; in salu-
tis nostræ negotio, operā requiri
credim⁹, illā ex animis temerita-
té, ac securitatē nimiā excutimus,
qua illi destinētur, qui sibi persua-
dent nos à Deo , nobis in vtrāuis
aurē dormiētibus ^b, saluari.

Adolescens.

Sic ego sentio.

Doctor.

Sed quis eorū, quæ iustè à no-
bis fieri debet, rationem, ac regu-

E iii

^a Deut. 30.8

^b Joel. 2.c
Esa. 55.b
1. Reg. 7.a
Ezech. 36.f
Iac. 2.d
Phil. 2.b
1. Pet. 1.c
Tit. 1.d
Cyril. in Io. 5.
li. 9. f. 43.

Iam præscribet?

Adolescens.

Lex Dei Opt. Max. & legitima
illius explicatio.

DE LEGE, Caput II.

LECTIO I.

Doctor



Vam porrò tu Dei legē in-
telligis? *Adolescens.*

Eā quā vulgo Decalogū
ideo nominam⁹, ⁊ q̄ duab⁹ tabulis
decē præcepta Mōsi Deus expres-
ſit, quæ omnis nostræ iustitiæ ra-
tionem continerent.

Doctor.

Sed cū Hæbræis solūm lex ista
initio fuerit cōstituta, ⁊ qua ratio-
ne ad eius nos obſeruationē co-
gimur, qui nūc sub euangelio, ac
nouo Testamento versamur.

Adolescens.

Propterea q̄ cō nos sua Christ⁹
authoritate ac verbo^a obligauit.

Doctor.

Quænam verò huius est legis
summa?

Adolescens.

Prima quidē tabula tribus præceptis ea potissimū cōplectitur,^b
quæ summo Principi Deo à no-
bis tribuenda sunt: Secunda verò
rectam^c cum proximo consuetu-
dinem luculenter explicat.

Doctor.

Cedo primum prioris tabulæ
præceptum.

Adolescens.

Audi Israël:^d Ego sum domin⁹
Deus tuus: Non habebis Deos a-
lienos corā me, nō facies tibi scul-

E iiiij

- ^a Mat. 9.6
- Roma. 7. b
- 13.d
- Hebr.8.d
- Galat.2.d
- 1ac 1.d.2.b.c
- 4.c

- ^b Exo. 20.6
- Matt. 22. d
- 1.Timo.1.c
- Josep. lib. 3.
- antiq. cap. 6.
- Orig. homil.
- 3.in Exod.
- Augu.queft.
- 7. in Exod.
- c Rom. 13.c
- Iacob.2.b
- Galat.5.c
- Aug. ibidē.

- ^c Exod.20.a
- Leuit. 19. a
- 26.a
- Deuter. 5. a
- 10.1.18.b
- Sap.14.a
- Amos.4.a
- Abac.2.d
- Ez.20.c
- Psal.96.c
- 1.Cor.6.9
- 1.Ionan.5.4

„ ptile, aut omnihi similitudinem,
„ vt ea adores, & colas.

Doctor.

Ecquis est horum tādem verborum sensus? *Adol.*

Duo hīc ego semper obseruo. Primum enim Deus ipse quēdam præfatur, quæ eo spectant ut intelligamus eius esse autoritatem omnem ac vim leges præscribendi, vel eo fane nomine, quod ea nobis ob oculos beneficia reuocet, quæ nobis summo exilio ac tyrānide spirituali afflictis, asserta ac restituta libertate, cōtulit. Quæ omnia præclare in nos quadrant, Aegyptiæ illi^o cladis, ac Hebraicæ libertatis ex Pharaonica seruitute, veluti quibusdani inuolucris adumbrata.

a Deut.6. a
Malac.1. b
Hie.35. a.b. c
Matt.5. a.6. b
Iaco.4. d
Heb.5. p
1. I timot.2. a

b Deute.4. c
8. a
Hierem.2. a
Esa 6. b
Iosu.24. a.b.c
Luc.1 g
Ioh. n. 8. d
2. Timo.1. c
Hebr.2. d
Roin.6. c
c Exod. 4.
3. 6. 13.

Doctor.

Quid secūdo loco annotastis?

Adol.

Præcepti vim ac explicationem.

Vnū enim ac solū & præpotētem Deum sic iubemur adorare & reuereri, vt aliū^a nusquā vnquā nobis præter eū esse fingamus. Deinde grauiter cauetur ne summum ei^b honorē ac venerationē suprēmā, idolis^b ac simulachris tribuamus: néve ea nos vel sculpam^c, vel statuamus, vt iis cultū atque adorationem tanquam Diis^c exhibeamus.

Doctor.

Iubemur ergo Deū hunc summum ac æternū toto corde atque animo venerari, colere, atq;^d inuocare. Iubemur itē eū præ cæteris,

- ^a Deute. 6.8
10.d
- Psal. 90. d
- Exod. 3. a
- Matt. 4. b
- Luc. 4. b
- b Deut. 4. f
- 1. Reg. 2. a
- 3. Reg. 18. f
- Iudic. 6. b
- Malach. 2. b
- Ephes. 4. c
- i. Tim. 1. d
- c Leuit. 19. e
- Dent. 18.
- Psal. 96. b
- Esa. 44. c
- Hier. 44. a
- Ezech. 8. b
- Sapien. 14. a
- 1. Cor. 10. b
- 1. Ioan. 5. b
- d Num. 6. d
- Deuter. 6. c
- Ioan. 4. c
- Rom. 10. c
- 2. Timot. 2. d
- e Deute. 6. c
- 10. d. 11. a
- Matt. 22. d
- Marc. 12. c
- Luc. 10. c
- 1. Ioan. 4. d
- Rem. 8. c

ac sup omnia, ex omnib⁹ volūtatis
ac sens⁹ nostri virib⁹ ac facultate
ita diligere, vt nulli vnquā creatu-
ræ supremæ hui⁹ veneratiōis par-
ticulā quauis ratione tribuamus.

Adolescens.

Sic intelligo.

LECTIO II.

Doctor.

AT nūquid duæ sunt hīc distin-
ctæ præceptiones, Dei scilicet
adorādi, & nō sculpēdorū simu-
lachrorū? *Adolescens.*

Imò vnica solū est & eadē præ-
ceptio. Nam cùm vnū Deū, & nō
plures agnoscere ac venerari iu-
beamur, cōtinuò videtur illud e-
tiā esse consequēs, vt ab omni su-
perstitione ac idololatria, siue ani-
mo^a solū cōcipiatur, siue corpore

- ^a Miero. in Amos 2.
- Aug. in Exo. quæft. 2.
- De vera re-
lig. cap. 8.
- In Iohu. 29.
quæft.
- Cyril. in Le-
uit.
- Tertul. de
Idolol.

tiā perpetret abstineam^o, ac pro-
nde vnius eiusdemq; rei, ratione
amē diuersa, vnica tantū debuit
esse præceptio, qua verus vni^o Dei
ult^o rite & ad amissim sic expri-
meretur, vt in eo & quæ nobis fa-
ienda, & quæ cauēda quoq; esset,
planè intelligeremus.

Doctor.

Atqui quibusdam videri possit
cult^o hic ac veneratio, quā tu vim
Deo tribuis, Sanctis etiā, qui beati
sunt, communicari.

Adolescens.

Falsò. Nam si quid hac in parte
Sanctis tribuimus, ideo facimus,
Tū quod, vt in eis singularē Dei
gratiam atque authoritatem ali-
quando eluxisse recordamur,
ita & nunc maxime splendere

- a Eccles. 44.4.
- b. c.
- i. Reg. 2.6
- Heb. 11.6
- Iust. apol. 2.
- Euseb. hist. eccl. lib. 4.
cap. 15. & 6.
- cap. 5. & 9.
- Balil. in Iulian. apost.
- Hierony. in Vig. & ad Euseb.
- Chrys. hom. 8. ad Ephes.
- In Iunen. & Max. ad po-
- pulū Antio.
- homil. 66.
- Romi. viii. ad Roma.
- Aug. de curia.
- Pro mort.
- cap. 16. & cōtra Faust.
- lib. 20.
- De vera sc̄i-
lig. ca. 55.
- De ciuii. li. 8.
- cap. 27. & 9.
- ca. 5. & li. 22.
- Theod. Gr̄. aff. li. 8. hist.
- trip. lib. 2. ca. 39. li. 6. ca. 30.

credimus, & eorum nos opera ac labore scimus multa beneficia ac utilitates certissimas olim accepisse: Tum quod quotidiana corū etiam nunc in nos, ac Ecclesiam vniuersam officia experimur. Sed quæ æterno ac immortali Deo exhibemus, ea porro sunt eiusmodi, ut non nisi in summum Opificem, ac uberrimum totius boni fontem cadere possint, ne quem eius vnuquām Imperij ac diuinitatis confortem adsciscere videamus.

Doctor:

Recte, & quidem quantuscunquè est honor quem beatis omnibus impetriri consueuimus,^a is in Deum ipsum Optimum. Maximum imprimis redundat,

^a Matt. 10.6.
24.
Ephes. 2.2
2. Pet. 1.2
Rom. 8.2

uius beneficentia illi, tanquam
nemib[ra] capiti coniunctissime
nnexi, Christo I E S V authore, iu-
undissimè in cœlo perfruuntur,
pe tamē Resurrectionis illius ex-
tremæ confisi, qua corpora eorū
illis restituentur immortalia, quæ
nobis hīc interim veluti quædam
sanctimoniaz ac virtutis lurauissi-
ma b pignora relicta sunt, quibus
suum etiam honorem studiose
deferimus.

a Ioan. 1. b.
17. c
Apo. 3. d. 7. e.
Hilar. 8. de-
Trinit.
Hier. ad R. b.
par. & in Vis
gilian.
b Augu. de
eccle. dog. c.
37. Chrys. in
16. ad rom.
Greg. Nazi.
oratione in
Athos. Aug.
de spirit. &
animaca. 59.
de catechis.
Ipat. b. c. 7.
Euseb. Eccl.
hist. lib. 6. c.
9. lib. 11. c. 3.

Adolescens.

Ita credo.

Doctor.

At nunquid in hoc præceptū
disertè peccatur, dum quædam
in templis imagines habentur,
quas cultu ac veneratione etiam
prosequamur?

Adolescens.

Minime. Nā cū sculpturæ atquæ
 adeo picturæ artes, dona^a quedā
 Dei sint, non magis in genere dā-
 nari possunt Imagines, quām ipsa
 pingēdi ac sculpēdi officia. Adde
 quafdam etiam Moti ac aliis qui-
 busdā olim à Deo^b fuisse impera-
 tas, quamvis hanc ille pridem ad-
 uersus Idololatriā legem statuis-
 set. Sed si quis tamē effigies quaf-
 cunque, atque adeò ipsas Diuorū
 Imagines ideo effingeret, vt in i-
 dololatriæ aut superstitionis cri-
 men laberetur, is^c demū legis hu-
 ius authoritatem labefactaret.

LECTIO III.

Doctor.

Quodnam verò crimen istud
 est idololatriæ

^a Exod. 31.2
 3. Reg. 6.4
 Tertu. lib. 1.
 extra marc.

^b Num. 21.b
 Iean. 3.b
 Exod. 15.b
 3. Reg. 6.c

^a Levit. 16.2
 Hier. 10.2.
^b Cor. 6.5

Adolescens.

Cùm quis eū ³ creaturæ alicui cultum ac honorem defert, qui vni ac soli Deo est tribuendus.

Doctor.

Et nonne illud tibi videtur à nobis in Imagines fieri?

Adolescens.

Apagesis. Nam nobis illæ signa ac nota quædam sunt earū rerū, quæ, vel perpetuæ sunt, vel aliquādo in vita fuerunt: & noster omnis in hoc genere, cultus, neq; ea de qua cōstant solidam materiā, nequè etiā illarū effigiem expressam aut deliniamēta respicit, sed earū aspectu, admoniti eorū, quæ in cœlis scimus esse, & quæ fides animis nostris suggerit, aut Deum ac eius filiū. I B S V M ad expressas

a. Ad. 17.8.
R. i. b. Ter-
tul. de idolo-
lat. August.
de Trin. li. 1.
c. 6. Athanasi.
ser. de sanct.
& quæst. ad
Antio. c. 32.
Cyril. in So-
pho. Theo-
phanes li. 1.
cōt. Iudeos.
Hadria. græ-
c. isag. sacr.
literar. Pro-
copi. Gaze.
in Exod.

b. Cœil. Cœ-
sa. Basili. ep. 1.
ad Iul. apot. 1.
Cœc. Cottat.
3. gener. Nic.
2. generali
Damasc. de
orthod. fid.
lib. 4. c. 17. Et
orat. 1. 2. 3. de
imag. Greg.
li. 7. reg. epi.
53. & 100. Ni-
lus de imag.

vtriusq; imagines adoramus , aut
Sanctum aliquem ac beatum in
cælis virum, ad eorum quoque ef-
figies distinctè ac ordine venera-
mur.

Doctor.

Doces ergo vel ante imaginē
procūbere, vel corā ea preces fun-
dere, nihil aliud esse quā Creatori
primū, deinde Sāctis ei⁹, suo cui-
que ordine debitum honore ex-
hibere: Neque vllā nos in externa
illā & aspectabili materia spē aut
diuinitatē ^a hoc nostro cultu ve-
lle collocare, sed omnē imaginē
agnoscere, per sensuū nostrorum
satellitium quoddā, tanquam ve-
ritatis & rei absentis internuntiā,
vt ea religionis nostræ officia , iis
quibus obstringimur , rite per-
solua-

^a Ath. Alex.
ad antio. c.
38. Basil. ibi.
Nicena.2.
syn.7. gener.
Hist. tripar.
li.2. c.19. &
libr.19. c. 9.
Euseb.lib.7.
c. 14. & hist.
eccl.li. 12.c.
29. Niceph.
lib.6.c.15. &
27. & lib.10.
c.13. & li.18.

soluamus.

Adol.

Ita plane existimo, quò fit vt nō satis mihi sapere videātur illi, qui putant nos rebus his externis, & quæ hominis fiunt industria ad geniculari^a eo animo ac opinione, qua suis olim idolis & simulacris Ethnici homines procumbebant.

Doctoꝝ.

Esto sanè earum rerū fieri images quæ corpore aliquādo mortali præditæ fuerunt, sed quo patet defendes ac propugnabis eos, qui aduersus graues Prophetarū minas, Dei, ^b qui a nullo se vnquam videri voluit, exprimūt effigiem, ac similitudinem exsculpunt?

F

a. Esa.44.b
Sap.14.b
1. Co.8.d.9.c
A&.15.c
1. Cor.12.a
Aug.de ciui.
libr.4.c.9. &
31. Procop.
Gazzeus in
Exod:Dama.
orat.de Ima.

b. Exod.22.c
34.d
Leuit.19.a
deu.1.c.18.b
Esa.40.d.44.
b. 41.c.46.c.
Hier.10.a.16
c.Sa.4.a.Aba
cuc...d

Adol.

At nequè is est nobis anim^{us} ve-
si quas Dei imagines effingamus,
iis omnino diuinitatem, quę spi-
ritus est, representare ac oculis si-
stere cupiamus. Hac enim rudi ac
impolita materia, quantacunquè
accedat hominū industria, quic-
quid etiā picturæ aut colorū dili-
gēter adhibetur, fieri id nūquam
potest. Nā diuina & quę sunt sine
corpore, figura aspectabili nō ex-
primūtur. Sed hoc tantū hīc nos
volumus assequi, vt ea quę corpo-
rea sunt, velut ipsam Christi hu-
manitatem, & reliqua Sanctorum
corpora, ac præclara ipsorum
gesta, sensibus ipsis tanquam ad-
ministris, animo accurate subii-
ciamus.

a. 2. Psal. 6. c.
Ioan. 1. b. 4. c.
Act. 17. c.
1. Timo. 1. &
6. d. Athan.
orat. de sauc.
Patrib. Euse.
lib. 7. c. 14. &
21. c. 29. Ni-
neph. lib. 10.
c. 30. Nilua
de Imag. Da-
masc. Orat.
de imag. De
side orthod.
libr. 6. c. 17.
Greg. lib. 7.
epi. 53. Nice-
na. 2. synod.
7. tota.

LECTIO III.

Doctor.

SED cur dei Patris effingitis imago
ginem, qui nullum habuit un-
quam cum nostra carne commercium?

Adolescens.

At nec aliud quidem nos eius-
modi Imaginibus repræsentare
contendimus, quam arcana illam
speciem, quæ diuino quodam Dani-
eli^a Deum patrem, veluti iam gran-
dium & antiquum dierum exhi-
buit. Hanc certe nos figuram colo-
rum ac picturæ varietate adubra-
mus, quam & verbis depinxit, &
corpoream quodammodo vidit,
ad diuinitatis nonnullitus conci-
piendæ adminiculum. Quod si tam
sæpe in sacris literis membra^b Deo
tribuuntur ad eius varias virtutes

Danie. 7. et
Apoc. 4. e.
 Caput, oculi
os, os, au-
tes, manus,
pedes
Theoph. n. i.
c. 6. Ind. li. 2.
Athanas. ad
Antio. Prog.
gazetus in
exod.

F. ij.

ac facultates exprimendas, quid est quod offendat pictura quæ ea ipsa coloribus delineat?

Doctor.

At video angelos quoq; & Spiritum ipsum Sanctum depingi.

Adalbertus.

Et recte quidē. Sed ad retinēdā Spiritus sancti memoria, eā tantū colubæ formā exprimimus quia illē visus est Christo insidere, dum aquis à Ioāne tingetur, Diuinitatē enim eius scimus formari nō posse penicillo. At angelorū corpora, qualiacunquè tandem illi induerint, ea tamē vtcūquè figuramus, b quibus se patribus olim vidēdos præbuerunt. alæ c & cætera quæ eis tribuūtur, eorū dotes, munia, atquè functiones designant.

a Mat. 3. d
Mar. 1. b
Luc. 3. 4.
Ioān. 1. c

b Gen. 3. d
16. b. 18. a. 19.
a. 32. c. Exod.
32. g. 33. a.
Iud. 6. b. 13. c
Num. 22. d
Tob. 5. a
3. Reg. 19. a
Mat. 28. a
Luc. 1. b. 24. a
A&. 5. d
c Exod. 25. b
Ezech. 10. d

Doctor.

Præclare hæc omnia. Iam quòd spectat illæ vel tam graues minæ, vel tam opulentæ promissiones quæ primo huic præcepto tā cumulatè subiiciuntur?

Adolescens.

Minæ quidem illæ graues, ^b vt ad impietatem, ac depravatā cupiditatem nostram coercendam maius habeat pondus, ad tertiam & quartam usque generationem protenduntur: At præclaræ illæ promissiones, quæ nullis temporū momentis circumscribūtur, magnopere nos excitant ad accuratam legis obseruationem, atque ita intelligimus misericordiā Dei in hac rerum vniuersitate, iustitia esse multò abundantiorem.

F iii

^a Exod. 20. d
Deut. 5. a. 25.
^b.
Leuit. 26. d
Psa. 96. b
Hierem. 1. c
Osee. 1. d

^b Dent. 4. c.
10. c. 29. a. 32.
c. 2. Reg. 7. c
Esa. 63. b
Num. 14. c
1os. 24. a. b
Gal. 3. b
Clem. Alex.
Pædag. lib.
c. 10. 11

^c Pſ. 144. b
Exod. 34. a
Iacob. 2. c
Rom. 5. c

Doctor.

Quid? an ita filius iniuritatis ac peccato Patris erit obnoxius, ut ea ob causam igni perpetuo condemnetur?

Adol.

Minime omnium: nam poenæ posteritatis quas h̄ic videmus annecti, ^a nō ad beatitudinis ac immortalitatis iacturam referuntur (alibi enim diserte exclamat scriptura, ^b vnumquēque onus suum portaturum) sed ad molestias ac calamitates temporales, qualia sunt exilia, carceres, bella, pestes, dissidia, & si quæ sunt eiusmodi, quibus s̄epe Deus posteritatem affligit, vt intelligat à maiorum suorum prauo ac flagitioso itinere ^c sibi esse discedendum.

^a Deut. 34.
Aug. Cont.
Adm. c. 7.
Just. novi.
Ex veter. test.
E. 14.

^b Ezecl. 12.2
Hier. 31.6
Pf. 61. d
2. Cor. 3. b
Aug. Cont.
aduers. leg.
& proph. 11.1

^c Leuit. 36. f
2. Reg. 24. b
Exod. 39. b
& Esd. 1. c. d

LECTIO V.

Doctor.

Cedò iam nobis secundum
præceptum.

Adolescens.

Non^a assumes nomen Deitatis in vanum.

a Levit. 5. d
Ios. 23. b
Zach. 5. a
Matth. 3. d
Iaco. 5. c

Doctor.

Quænam porrò nobis hac præceptione iubentur?

Adolescens.

Vt Dei in primis magnitudinē
reuereamur, ^b sitq; ille apud nos
veritatis assertor & vindex adeò
gravis, vt eum mendacij nullius
vnquā testimoniū nominethus. De-
inde cauetur etiam ne temerè no-
men eius iuramento usurpemus.
Atque^d vt si quando nobis erit
iurandum, id faciamus, primum

^b Deut. 6. a
Levit. 16. g
Ios. 24. b. c
Matth. 1. a
1. Petr. 2. c
^c Exod. 34. 8
Num. 23. c
Ioan. 3. c
Rom. 3. a
^d Deut. 6. b
Aug. lib. 19.
cōt. Faust. c.
a 3. De serm.
domini in
monte lib. 3.
& Chrys. in
Matt. 5. Ter-
full. contra
Marc. & apo-
log. cap. 2.

F. iiii

quidem boni alicuius præstantis publici, vel priuati, nostri, vel alterius ratione ducti. Deinde tribus his cōditionibus accurate adseruatis, Veritate nimirum, Reuerētia, & Necessitate, alioqui Diuini Nominis prophanationē vix aliquando effugiemus.

Doctor.

Nihil ne hī præterquā temeraria nominis Dei usurpatio, ac mēdaciū etiam prohibetur?

Adolescens.

Maximè. Nam & cauetur etiā ne vlla vnquam verba, vel ociosa, ^a vel quæ aut diuinum honorem lādere, aut fratribus proximis obesse possint, à nobis proficiscantur: sed & contra iubetur vt verbis ac oratione vtamur, tum san-

Math. 12. c
phcf. 5. a
eloff. 4. a

Etimonia^a & grauitate plenissi-
mis, tum Dei ac Diuinæ scriptu-
ræ reuerentissimis,^b sintque sermio-
nes nostri ex Christi instituto,
Est,& Non.

^a Coloff.4.8
^b Pet.4.6

^b Deut.6.6
1.Cor.1.4.2
2.Timot.1.b
2.b.c
Math.5.6
Jacob.5.6
Clem.Alex.
Rom. lib.7.
Eust.apol.1.
Hieron.iin
Math.5.4

Doctor.

Nónne etiam creaturas iura-
mentis nostris possumus adhibe-
re, si quando cōditiones illæ tres
adfuerint?

Adolescens.

Possimus: ^c Dum enim per
creaturam aliquam iuramus, di-
ctis nostris testem eum adhibe-
mus Creatorem, qui cum omnia
sit in omnibus, vbi cunque veritas
sit propugnanda, eius ipse vindex
est Supremus.

^c Genes.54.
F.1.cor.15.4
Aug. in epif.
ad Galat.8.
Serm.28.De
verbis Iaco.
Math.23.6

Doctor.

Nihilne hoc præcepto am-

plius continetur?

Adolescens.

Hoc præterea, vt si qui Deo fridem suam, quæcunque tandem ea sit, voto legitime adstrinxerint, eam illi omnes diligéter sanitam tectam, & integrum, seruare teneantur.

Doctor.

Quid si votum temerariè sit nuncupatum?

Adolescens.

Graui tūc ac sano bonorū ac eruditiorū hominū iudicio stādū erit: vbi tamē & qui vouet, brationis vsu pollet, atq; adeò quod ipse pollicetur est laudabile ac legitimum, & eiusmodi est, vt per Dei gratiam ab eo ritè præstari possit, postquam secum ipse negotium

Num. 10. 8
Deut. 23. 4
Leuit. 27. 4
Psal. 75. b
Eccl. 5. 2
Isaia. 2. 4

Nem. 30. 8
Aug. in Psal.
75. & Ep. 45.
Psal. 65. c
Prouer. 20. d
Cyr. in Ioā.
lib. 9. ca. 28.
Aug. lib. de
bono Vid.
c. 11. Greg.
Homil. 17. in
Lucam.

uod incepit, accurate perpen-
erit, non puto votum illud vla-
tione temerariū & irritum di-
posse.

Doctor.

Sic ergo negas temerarios esse
os qui hac lege, hoc iudicio ac
Deo vouēt^a cœlibatū ac vir-
initatem, dū & rectē & legitime
elo suæ salutis commouentur,
& propriis animi viribus minime
confisi, diuinæ gratiæ securius in-
ituntur, His enim dat Deus &
elle & perficere pro bona vo-
intate.

Adolescens.

Sic sentio, quo fit ut grauiter il-
lerrent qui vota eiusmodi ab ho-
mine vlo obseruari posse negāt,
uasi aut diuinæ opis facultas es-

^a Esa. 56.c
Mat. 19.b
1. Cor. 7. c id
Apoc. 14.c
1. Timo. 5. d
Phil. Ind.
Tertul. de
virg. velan.
Cyp. de ha-
bit. virg.
Orige. in 7.
cap. Marth.
Ambros. ad
virg. Iapsam
ca. 4. & 13.
Basi. de virg.
Chrys. Hom.
in Gene. 17.
Aug. lib. de
bono coīug.
cap. 21. & de
adult. coīug.
li. 1. ca. 15. &
lib. 2. c. 19. &
de fāt. virg.
Hiero. in 10.
uin. libr. 1.
D. Ephrem.
Greg. nyss. li.
de virg. ca. 7.
Asterius. co
pisc. anal.

Cyril. in
Jan.lib.9.c
I. Aug. cō-
f.lib.6.c.1.
II. lib.10.
19.

fet nulla, aut nihil ea in re à nobis industriæ ac iudicij deberet collocari.

LECTIO VI.

Doctor.

A Ge iam, Cedo tertium ac po-
stremum prioris tabulæ præ-
ceptum.

Adolescens.

Memento, b.^r ut dⁱl*n*s sabbati sancti-
fices.

Doctor.

Habésne aliquam eius expli-
cationem?

Adolescens.

Habeo. Deus h̄ic nobis septimæ diei sanctificationem comédat: primū quidem ut perpetuò meminerimus eum nobis esse Magistrum, ac authorem san-

Et tatis: Deinde ^a vt intelligamus supremam illam corporis & animæ quietem in cœlo nō ante nos cōsequuturos, quām in omni virtutum ac pietatis genere diligenter sit elaboratum à nobis, saluti nostræ per Dei gratiam bonis operibus cumulandæ, occupatis. ^b
 Tertiò vt sciamus non ita nobis rebus ac negociis humanis esse insudādum, vt nihil supersit temporis, quod diuinis ac cœlestibus mysteriis meditandis, tum à nobis, tum ab iis quibus imperamus, possit impendi.

Doctor.

Et nonne de Deo semper est cogitatio suscipienda?

Adolescens.

Sane. Diem tamen certum ille

^a Esa.6.8.
Hebr.4.6
Matth.11.4
1.Theff.1.5
Apoc.14.6

^b Esa.8.2.
Deut.6.1.b.e
Luc.3.6
Act.13.4

statuit, tūm vt id paulò liberiore animo pr̄stems, tūm quōd festo die, cūm facilius omnes in vnum Christiani homines per oppida conueniant, multò pr̄stantiores illæ, ac s̄ape magis salutares preces videantur, * quæ vno in loco religiosè fiunt ab omnibus, multò etiam illustrior ac suauior verbi Dei pr̄dicatio, & sacramentorū administratio pacatior tūc esse soleat, quàm aliis diebus, quibus tamen quantum fieri potest, huic quoque rei tam necessariæ est diligenter incumbendum.

Dochter.

Cur porrò nos non diem sabbati, sed Dominicum celebram⁹?

Adolescens.

Sic ab Apostolis accepimus.

1. Cor. 16.
1. &c. 13. d.
u. f. Apo. 2.
Sertul. apo-
og. cap. 39.
Salii. serm. in
Iuodā. lo-
bos scrip. &
n. psal. 144.
u. f. tripl. li.
1. ca. 38. & li.
1. cap. 10.

Cum enim magna ex parte sabatū esset non nisi vmbra quædā eius^a quietis cuius spē nobis Christus sua resurrectione attulit, et quum fuit vt veritas quam tot annis figura portéderat, ei, luce iam Euangelij in orbe diffusa, legitime succederet:

Doctor.

Cum verò non nisi vnius diei quies nobis præcipiatur, ynde tot nobis toto anno dies festi propnuntur^b.

Adolescens.

Eos nobis vetus Ecclesia quondam indixit, ^btùm vt sacra Redemptionis nostrę mysteria altius hominum animis hærerent, si quando dies festus eiusmodi Christo ac Deo dicatus occurrat, tūm vt

- ^a Marc. viii.
- Apoc. i. c.
- i. Cor. 16. 2.
- Cā. ApoR. 8.
- Tertu. ApoL. cap. 18. & de cor. milit.
- Hist. triy. li. 1. c. 10. Clem. alex. li. fro. 7. Aug. quæft. ex v. troque cap. 106. & 512. epi. 86. 119. contra Adi- man. c. 13. & c. 16. Leo e- pi. 81.
- ^b Ign. epi. ad phil. eccles. hist. li. 7. c. 1. Orig. in Mat. 2. Aug. epi. 118. & trad. 17. in Ioan. Euseb. hist. Eccl. li. 10. ca. 14. Greg. Nazan. orat. 19. & 20. Chrys. orat. pro philog. Aug. li. cof. 6. c. 11. Amb. Homil. 61. Hist. triy. li. 9. c. 38. Hila. in-prolog. psal. Aug. in Ioan. trad. 120. & in prefat. epi. in Ioan.

ad eorum vitam & pietatem imitandam vehementius accendamur, quorum dies festos aniversaria consuetudine celebramus.

Doctor.

An porro, quæcunque tandem ea sint, opera festis diebus prohibentur?

Adolescens.

Nequaquam, sed ea tantum quæ vocamus mechanica, & quæ lucris solum & quæstus gratia exercentur, ^a alioqui enim lege cuius licet, piis ac studiosis actionibus, quæcunque, vel ratio temporis, vel personarum necessitas obierit, occupari.

^a Esa. 58. b
Matth. 12. a
Marc. 2. d
Luc. 6. a. 13. c
Ioá. 5. a. c. 9. c
1. Cor. 16. b
Tertul. cōtra
Marc. li. 2. &
Apolog. c. 39
Conci. Aga-
ten. c. 47. &
can. apo. 10.
Aug. in psal.
10.

LEG-

LACTIO VII.

Doctor.

Ventum est iam ad posteriores tabulae præcepta, quæ rem cum proximis viuendi normam præscribunt. Quodnam est omnium primum?

Adolescens.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longanus super terram, quam Dominus Deus tuus datus est tibi.

Exod. 20. b
Leuit. 19. a
Prover. 23.
Eccl. 3. a
Coloss. 3. d

Doctor.

Quem his verbis sensum volebat exprimere legislator?

Adolescens.

Tubet ini primis ut iis vehementer adficiamur, eosque benevolentia atque honore cunctate prosequamur, quibus multò plura

G

quàm cæteris omnibus debemus,
id est, Parentibus, ^a sine quorum
ope neque in lucem hāc vñquam
aliquādo venissemus: ^b & eorum
præterea beneficentia ac labore
diligenter sumus educati.

Doct̄r.

Nulos ne alios patris ac matris
nomine intelligis, quàm qui nos
in hunc mundum produxerunt?

Adolescens.

Omn̄s hūc etiam reuoco, qui-
cunque tādem illi sint, Magistra-
tus (siue rebus illi tantūm huma-
nis, siue etiam diuinis imperēt) ^c,
quibus ex animo & spōte paren-
dum est. ^d Sed & iis qui vsu rerū
ac ætate nos antecellūt suis quo-
que honor est tribuendus.

a Ecclesiast. 5. a.
7. c
Tob. 4. a
Matth. 15. a
Marc. 7. a
Ephes. 6. a
b Exod. 13. b
Deuter. 11. c
32. a
Heb. 12. b
Ecclesiast. 3. a
2. Timotheus. 5. c

c Deut. 17. c
Exod. 21. d
Prover. 14. b
16. d. 17. b. Ba
such. 2. c
Matth. 17. a
23. a. Act. 20.
Luc. 10. 6.
Ro. 13. a. b. c
3. Pet. 2. Tit. 5
a. Iust. Apol.
3. & 2. Tertius.
Apol. 6. 30.
3. 32. & ad
Icapul. Aug.
epist. 166. &
cōt. Max. li.
3. c. 1. Chrys.
In 23. ad Ro-
ma. & Hier.
ad Tit. 3.
d Leuit. 19. 3
Prover. 16. 6

Doctor.

Quid honoris nomine intel-
ligis, quem censes iis potissimum
deberi qui nos genuerunt, ac de-
inde cæteris in suo quoque or-
dine?

Adolescens.

Non solum^a ut ne quid illis
 molestia inferamus aut eos iusto
 honore ac benevolentia fraude-
 mus, ^b sed etiam ut illos, si quan-
 do res ita incidat, opera nostra &
 industria, atque adeo opibus sub-
 leuemus.

Doctor.

Et eam, quam video huic adie-
 citam esse præcepto, promissionē,
 quo sensu explicas?

Adolescens.

Vt hæc longæua vita, nō solum

G ij

^a Exod.31.4.
 Levit.20.6.
 Ezech.22.8.

^b Deu.15.9.b
 1.Timo.5.b
 Augu.contr.
 Adim.ca.6.
 sup Exod.1.
 2.3.Reg.2.4
 Chry.inepi.
 ad Ephe.c.6.
 & ad Colos.

46

ea sit qua^e bonorum ac malorum
sapientia solet esse communis;^a sed qua
maxime in cœlo perpetuo beati
homines perficiuntur.^b Et in eos
tamen qui legis hanc tam libera-
lem authoritatem violarint, sup-
plicia extrema sunt alibi consti-
tuta.

LECTIO VIII.

Doctor.

QVid iam sequitur?
Adolescens.

*Non accides.**Doctor.*

Cedo mihi expeditam harum
vocum explicationem.

Adolescens.

Cauetur hic in primis,^c ne quis
percutiat, verberet, vel occidat
hominem ad imaginem Dei pro-

- a Ephes.6.9.
- Matth.5.
- Psa.51.2.14.
- b Augu.vbi
- supra.
- b Exod.21.6.
- Ezech.22.2.
- Prover.1.6.
- Deut.27.6.
- Rom.1.4.

- c Gen.4.11.9.20.
- Exod.21.2.
- Deut.5.2.19.
- a. Levit.29.6.
- Matth.5.8.
- Ivan.8.6.

creatū: id enim fieri non potest
sine summō scelere, ac diuinę hu-
ius imaginis yiolatione.^a Deinde
ne cum quoquā rixemur, ne cui-
quam molesti simus, ne quem
oderimus, ne maledicto, ne con-
uitiis incessamus,^b ne rideamus;
ne illatæ nobis iniuriæ^c vltio-
nem iracundè cogitemus.^d Po-
stremò ne ullius vñqçā vel hono-
rem, vel salutē, vel bona, vel ami-
cos denique impiè labefactemus.

Doctor.

Nemini ergo quæ sua sunt cō-
seruandi, atque adeò repetendi
ius relictum est?

Adolescens.

Est quidem, & facultas rebus
suis consulendi^e ex æquo & bo-
no, ac authoritate Magistratus,

^a Matth. 5. e
1. Cor. 1. b. 3.
^b Rom. 13. d
Galat. 5. d
Iacob. 3. d

^b Levit. 19. 4
Exod. 13. a
Matth. 5. e
1. Cor. 1. b. 3.
Rom. 1. d
Ephes. 5. a
^c Prover. 20. 6
Deut. 32. f
Rom. 12. d
^d Matth. 7. b
Luc. 6. c
Tob. 4. c

^e Exod. 18. d
Deut. 1. c
Prover. 8. c
Act. 24. 2. b.
25. c. Aug. li.
2. serm. dom.
in mente.

qui hanc ob causam maximè à Deo est institutus, ut cuique quod suum est, legum ac pœnarum etiā præsidio vindicet. Illud tamen multò esset satius, pace cum aduersario quæsita, ^a ac tametsi, cum aliquo rei nostræ detrimento, iniota, mutuas inter nos iniurias remittere, quam cum graui animorum offensione & odio quodam rixari, & eoram non aquis sapientis arbitris litigare.

Doctor.

Rectè: & profecto nō sine magno aliquo hominis bono Christus olim censuit, ut mutua inter nos odia, remissione iniuriæ extinguemus, & ei qui pugno maxillam dextram cecidisset, ^b sinistram præberemus, illiqe pallium.

^a Matth. 5.4
Luc. 12. 8
^b Cor. 6. 13
Clem. lib. 7. 1
Rom. Aug.
vbi supra &
epi. 5. Chrys.
in 5. Matth.
& in 1. Co-
rinth. 6.

^b Thren. 3. 4
Matth. 3. 8
Luc. 16. 4
^c Cor. 6. 13
Rom. 11. 4
2. Thess. 1. 8
Heb. 12. 4

vitro offerremus, qui vi nobis tunicam eripuisse.

Adolescens.

Ita res habet, tametsi non tam verbis eiusmodi nobis hærénum sit, vt ea facto exequamur quam cogitandum quo sensu à Christo dicta sint, eo nimirum, vt sciamus nos omnium rerū iacturam magis pati debere, quam fratrem nostrum lādere, & in eo Creatori omnium Deo iniuriam facere.

Doctor.

Sic se res habet, ac proinde omnis^b iracundia, furoris, aut ex-candescētia species hic nobis disertè prohibetur. Sed cedo tandem sextū Decalogi præceptum.

G iiii

a Hieron. In
Mauth. 5. 8
August. Eu-
chir. & de
serm. domi.
lib. 1. Chrys.
in Matt. 5. 8
in 2. Cor. 6.

b Eccles. 7. d.
1. d. Prouer.
27. a. Mat 5. c
Ephes. 4. f
Iacob. 1. c
1. Tim. 2. c
Rom. 12. d
Colos. 3. b
Prouer. 25. b

LECTIO IX.

Adolescens.

^a Exod. 20. c
Tob. 4. d
^b 1. Corin. 5. c.
10. b
Apo. 21. e

Non ^a mæchaberis.

*Doctor.**Quænam est eius rei summa?**Adolescens.*

Cùm nos in baptismo per Spíritum Sanctum veluti quædam ^b templa simus omnes Deo consecrati, nō anima solum, sed membris etiā ac toto corpore, ab omni sanè libidine magnoperè nobis cauendum est, ^c quæ alioquin sanctum hoc templum, id est, hominem, nefariè polluit, & de honoris sui gradu deiectum, totius impuritatis atque nequitiae tanquam quoddā mancipiū reddit.

*Doctor.**Quibus porrò modis, hoc tam*

præclare & salutare præceptum
violatur?

Adolescens.

Cùm vel ^a impudicis cogitationibus vel desideriis animus distinetur, ^b vel verba impura ac sermones parum casti proferuntur, vel incesto aliquo ^c aspectu vel gestu lasciuitur, vel denique cùm ^d oscula non castè figuntur, cùm vxor aliena contrectatur, ^e libri parum pudici leguntur. Denique grauissimè aduersus hoc præceptum peccatur, ab iis qui mulieri (cætera volo intelligi & si hic nō dicam) extra ius coniugij commiscentur, quibus grauissima etiam ^f pro cuiusque criminis grauitate & ordine supplicia, lege sunt constituta.

^a Job. 32.8
^b Matth. 5.2
^c Gene. 6.5.8.4

^d Ephe. 5.4
^e Eccle. 9.4.6

^c 2. Peter. 2.6
^f Job. 31.2
^g Thren. 3. f
^h d. Eccl. ibid.
ⁱ 2. 20. b. Cyp.
^j de Virg. hab.
^k Iusti. ad Sen.
^l Galat. 5.4.
^m Augu. de ci-
ui. li. 21. c. 12.
ⁿ Prou. 5.4
^o Cyp. de fun-
gal. cleric.

^f Leuit. 22.2
^g August. hyp.
^h 1ib. 5.

Doctor.

Aequum est etiam ut quæ his
sunt contraria hac præceptione
a nobis magnopere cōmendentur.

Adolescens.

Et fit sanè . Iubemur enim so-
brietatem in primis & sensuum
omnium nostrorum , ac totius
corporis castimoniam retinere :
vestis ^b ac supellectilis domesticæ
pompam, ac redundantiam vita-
re, cibi ^c ac potus modestiam ser-
uare , omnemque intemperantia
ac luxus notam effugere , quæ iis
inuri vulgo solet , qui aut exqui-
sitis nimium epulis vescuntur, aut
mensuram ac modum vescendi
intemperanter excedunt.

Doctor.

Debentne ergo qui cœlibes es-

- a Tob.4.8
- a Cor.6.b
- Galat.5.d
- 2.Timo. 2.b.
- 3.2.4. d.5.a
- 3.Thess.4.4
- 3.Pet.3. a
- b Esa.3. b c
- Amos.6.2
- Abac.2. c
- Luc.15.c
- 2.Timot. 2.b
- 3.Poe.3. a
- c Prove.10.2
- 23.d
- Luc.21.f
- Eccle.23.2
- Rom.13.4
- Galat.5. d
- Ephef.5.4
- Mehit.14. d
- 2.Cor.6.b
- Clem Alex.
de his latif-
fime in pe-
dag. li 2. c.4.
5.6.7.

se non possunt vti coniugio?

Adolescens.

Qui se nullo adhuc voto obstrinxerūt, aut sui iuris sunt, ac ex ætatis^a quæ per seipsam ratiocinari potest, sua possunt vti liberitate. Sed quibus hanc in vtrāmq; partē & tam liberam seipſius facultatem, vel votum omnino ademisset, vel præstans aliqua cogitatio aliquo modo præcluderet, alia sunt cōstituta remedia, ^b quibus (seruata quam Deo promise runt fide) libidinem, & repullulātem quotidie carnis lasciuia domare possint. Ea porrò sunt ieunia, preces, & si qua sunt alia vita austerioris adminicula.

Tertu. de pe.
dieu. & de
cuit. fœmi.
Iult. mart. ad.
Seuer. Cyp.
vbi sup. Atha.
nas. de Virg.
Basil. de Vir.
ginis.
^a Matt. 19.8.
1. Cor. 7.4.
Amb. ad Vir.
laps. ca. 4.

^b Eccle. 2.2.
1. Cor. 9.4
Coloss. 3.2
Cyp. de Vir.
gin. hab. Hier.
on. ad Rust.
ad Demetr.
adnefus te.
uin. Basil. in
regul. maior.
Athanas. De
Virg. Cyril.
in Iesu.

LECTIO X.

Doctor.

Exhibe nobis iam præceptum septimum.

*Adolescens.**Nan furaberis.**Doctor.*

Quid noster hîc sensit legislator?

Adolescens.

Cauit in primis ^a ne vllū dānum demus bonis ac opib^o proximi, siue earū direptione, ^b siue etiā sola cupiditate ^c ac desiderio.

Neque enim hîc iniusta solum aetio, sed etiam cogitatio ac voluntas prohibetur.

Doctor.

Nihil ne amplius eo sensu cōtinetur?

Adolescens.

Pleraque. Nam hac Deus voce
edicit ^a ut fratrem ac proximum
quisque suum , si qua ratione po-
terit ope ac rebus foueat , mutuo
det ei ^b nihil inde sperando , neve
quenquam rei alienæ possesso-
rem iniustum quisquā tueatur ^c
Iubemur præterea aduersus ege-
nos liberalitatem pro suo quis-
que modulo exercere , & nostram
omnem industriam adhibere ; ut
otiosi non simus , sed pacate . vi-
uamus , & quietè panem nostrum
manducemus .

^a Ecel.17.b.

Malach.2.b.

Luc.10.c.

Iacu.2.c.

^b Exod.22.a.

c. d

Deu.15.a.b.

Eccles.20.a.

Mat.5.f

Lue.6.c

^c Eccles.17.

29.c.45.b

Mat.6.a

Lu.11.f.11.b

Tob.4.c

Heb.13.j.d

2.Thes.3.b

Chrysost. in

cap.6.Matth.

& in Phili.

4.d

2. Cor.9.b.

8.a.

Doctor.

Perge si quid habes amplius .

Adolescens.

Et furti retinam quoque illum es-
se ; lex ista declarat , qui legitima-

iniquè detinet regum ac principum^a vectigalia, subsidia, tributa, decimas, & li qua sunt eiusmodi,^b quæ Dominis siue Temporaliū siue Spiritualium rerum debétur. Et hac item voce fraudes, insidiae, latrocinia, simoniae, alieni appetitio, ^c omnésque species iniustitiae ac rapinae disertè prohibétur. Denique Avaritia illa ad quæ iure optimo idolorū seruitus nominatur, hac tam seuera præceptione condemnatur.

LECTIO XI.

Doctor.

Cedo iam octauum legis nostræ præceptum.

Adolescens.

Non dices falsum testimonium.

- ^a Gen. 47. a
- Deut. 20. c
- ^{a;c} Reg. 8. a
- Matt. 27. d
- Luc. 20. c
- Rom. 13. e
- ^b Leui. 16. d
- Gen. 14. d. 6.
- Num. 32. c. d
- Deut. 14. c. d
- Matt. 23. c
- Luc. 11. f

- ^{c;a} Thes. 4. b

- ^a Esa. 3. b
- ^{a;g} Reg. 5. f
- Hiere. 8. c
- Luc. 12. c
- ^a Pet. 2. a
- ^a Cor. 6. b

Doctor.

Estne & hæc quoque lex, ut ceteræ explicanda?

Adolescens.

Est, cauetur enim imprimis^a ne temere de actionib^o aliorum hominum iudicemus, ne de quaquam prauam iniuste opinionem animo concipiamus, ^b ne de vello usquam vñquam improbè loquamur, néve aduersus alicuius famam, mendacium aliquod, fabulam, aut criminacionem confingamus.

Doctor.

Quid ergo tandem facere inhemur?

Adolescens.

Alienum honorem, ac bonā existimationem tueri^c ex quæ ac no-

^a Exo.23.8
Mait.7.c
Luc.6.f
Ioan.7.c.g
1.Cor.4.a
Iaco.4.c.d

^b Sap.1.e
Prou 35.d
Nū.11.a.b.c
Iaco.4.c
1.Pet.2.a
Ecclēs.30.e

^c Eccles.37.b
35.a
Mala.2.a
Luc.10.c
Roma.13.4.
2ad.10

strā ipsorū famā, & quoad ei⁹ fieri poterit eius nomē ab omni calumpnia & maledicto vindicare.

Doctor.

Nunquam ne nobis licet quēquam vel accusare, vel corrigere

Adolescens.

Licet maxime, modo tamē iure id & studio melioris alicuius rei fiat,² & vt saluti siue vnius siue etiam omnium hac ratione accuratius consulatur. Sed veræ in primis debent esse admonitiones eiusmodi, & ea forma ac methodo fieri, quam Christus Iesus nobis præclarè aliquando præscripsit.

Doctor.

Ecclæz.

Adolescens.

Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, vade, & corripe eū inter te, & ipsum solū. Si te audierit, lucratus eris fratrē tuū: si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnu vel duos: Quod si non audierit eos, dic Ecclēsiā: si autēm Ecclesiām non audierit, sit tibi tanquā ethnicus & publicanus.

Doctor.

Habētne alia hoc præceptum quæ complectatur?

Adolescens.

Habet^a nam & omnium mendaciorū genera hīc accuratē prohibetur, & à nobis remotissima etiam esse debent sermonis^b dictēria, conuitia, libelli infames, adulatio[n]es, quarimonias, etsi quid

^a Exo.23.8
Leuit.19.12
Ecclēs.7.b.
20.d 25.a
Ioav.7.d. 2.f
1.Ioan.2.c
Ephē.4.f
Colos.3.b
Act.1.c.a.
3.Reg.13.c
Aug. de mēdaciō ad Con-
tent.
^b Ephē.5.a
Colos.3.a

H

est quod fidem ac existimationem
alienam ledere possit. Postremo
a verbis etiam quae vel scurrilia
vel superuacanea sunt vel otiosa,
id est, quae nullo modo cuiquam
prosunt, abstinendum.

LECTIO. XII.

Doctor.

DA nonum Decalogi præcep-
tum.

Adolescens.

*Non concupisces uxorem proximi
tui.*

Doctor.

Cur ea quae sequuntur non e-
tiam continuo subiicis?

Adolescens.

Distinctum est illud ab hoc præ-
ceptum. Haec enim lege cauatur.

a Ezecl. 20.8
Prover. 10.4
Matt. 11.13
2. Timo. 5.8

b Exo. 20.10.8
Deut. 5.8

iniuria quæ proximo irrogatur ab eo qui vxorem eius, quæ caro ac corpus est cum eo, sola voluntate attrectat: alia vero quæ est consequens, ^a carentur damna, quæ bonis ac facultatibus eius inferri possunt, immoderata eorum cupiditate.

^a Matt. 4. 6.
^b Thes. 4. 6.

Doctor.

Hæc ergo lex ad peccatum adulterij referri potest; quo ^b quis alienas nuptias incestat: illa ^c vero ad auaritiam & appetitionis rei alienæ crimen. Sed hanc in primis explicemus.

^b Exod. 20.
Deut. 22. b.
Prouer. 6. 8.
22. b.
^c Eccl. 14. a.
Prouer. 14. d.
1. Pet. 3. a.

Adolescens.

Vetat Deus ne aliquis alienam vxorem ^d animo vel cogitatione concupiscat, ne via ac modo ini-

^d Deus 5. c.
1. Cor. 10. b.
Matt. 5. d.
Malach. 2. e.
Gen. 26. a. b.
Leuit. 18. d.
26. b.
Eccles. 13. e.

H ij.

hantur: ne fides coniugij incesto
vnquam actu labefactetur, ne de-
nique sacra matrimonij iura à
quoquam quoquis modo violétur.
Atquè vt hæc altius animi om-
nium insideant, adulteris ac eius-
modi impuris hominibus gra-
uissimæ pœnæ passim decernun-
tur.

Doctor.

Quæ verò cōtra hīc nobis pre-
cipiuntur?

Adolescens.

Vt torus ^a immaculatus, & ho-
norabile sit coniugium in omni-
bus, vt mutuam benevolentiam,
& castum inter se nuptiarum of-
ficium sibi inuicem reddant con-
iuges, vt vnaquæque virum suum
vxor, & vxorem vniuersisque vir-

^a Num. 5. b

Deut. 22. d

Prover. 13. d

21. c

Eccles. 30. a

1. Cor. 6. b

Hcb. 13. a

habeat, ut proles sancte suscep-
tate & Christiane à parentibus e-
ducetur.

^a Exod. 22.4
Deut. 32.8
Ephes. 6.2
Clem. Alex.
pedag. lib. 1.
& 2.
August. de
bono coniug.

Doctor.

Quodnam est decimū ac vlti-
mum præceptum?

Adolescens.

Non^b concupisces domum proximi tui,
non seruum, non agrum, non ancillam,
non asinum, aut ea quae eius sunt.

^b Exod. 20.8
Deut. 5.8
Iaco. 4.4

Doctor.

Quæ est horum omnium sum-
ma?

Adolescens.

Cum Deus Opt. Max. à nobis
nō operis solū & actionū nostra-
rum, sed voluntatis etiam & co-
gitationum obedientiam exigat,
cauetur ne aliena ^c d quo quis stu-
dio aut specie iniquiore bona

^c Mat. 5 c. d
Marc. 7. c
Röm. 7. c
Galah. 5. d

^d Deut. 23.8
Psal. 6. b
1. Cor. 9. c

H III

a. Pro. 33.2
v. d.
b. Cor. 13. b
Galat. 5. d
d. Pet. 3. a

b. Mat. 6.3
Luc. 12. 4

concupiscamus, ^a n̄e ve aut pro-
speritate exultanti inuidemus,
aut calamitate & damno aliquo
deiectum rideamus . Postremo
non minus bono, ac utilitati pro-
ximi, ^b quām nostris ipsorum cō-
modis consulendum.

LECTIO XIII.

Doctor.

AT qui ex his tām grauibus &
expressis præceptis consequi
videtur Concupiscentiam esse
peccatum.

Adolescens.

Minime omnium, nisi enim
concupiscentiæ sensus nostros ti-
tillanti^c consensus volūtatis acce-
dat, ea veram peccati rationem
habere non potest : sed nobis ta-
men baptismo renatis hæret, ^d &

a. Ro. 7. b. 8. a
Iaco. 1. b
August. cōfr.
epi. Petul. 6.
3. ca. 12.
Chrysost. ho.
57. in Matth.
d. Rom. 6. c
3. Cor. 13. d
Gala. 5. d
Niero. in 18.
. cap. 8. etch.

ad virtutis illustriorem exercitationem, & ad pugnā cū vitiis animosius conserendam, & ad præclaram de nobis ipsis victoriam reportandam.

Doctor.

Sed ea tamē peccatum aliquādo nominatur.

Adolescens.

Ob eam sanè causam, quod^e ex peccato primū profecta sit, & quodāmodo nata: deinde quod magna ex parte eius stimulis agitati in peccata dilabamur. ea est enim quæ nos quotidie tentat, & ad nequitiā solicitat. In membris autem Christianorum si tantum habitet, non autem regnet, tanto ea maior est causa vt in hac cum hoste doméstico pugna, Deo am-

^a Rom. 7. d
Gala. 5. d
Chryſ. Hom.
13. in epi. ad
rom. Aug. de
verb. relig. c.
14. & de pec-
cat. merit. &
remif. l. i. 1. c.
9. & 28 & 39.
& lib. 2. ca. 4.
De nupt. &
concupis. ca.
13. & 11. Cō-
tra Iulia. li.
1. c. 1. 4. & 10.
6. c. 11. de Ci-
uit. libr. 15.
cap. 6. 1.
Retraact. lib.
1. cap. 13. &
15. in Ps. 118.
Ambros. de
Voc. libr. 5.
cap. 3. 1.

H. iij

plius innitantur; & de industria
atque viribus ingenij diffisi, freti
verò gratia cœlesti, ad victorię pal-
mam alacrius contendant.

Doctor.

Esne his decem præceptis ea
peccata complexus, quæ septem
lunt numero, & quæ mortalia vul-
go appellantur?

Adolescens.

Plane: & eorum quoquè tan-
quam distinctas species ac veluti
membra. Recensi enim Super-
biām^a, Avaritiam^b, Luxuriam^c,
Inuidiam^d, Gulam^e, Iram^f, A-
cediam^g, Quibus è diuerso has
quoquè obieci virtutes, Humili-
tatem^h, Liberalitatemⁱ, Castita-
tem^k, Charitatem^l, Abstinen-
tiām^m, Patientiamⁿ, Deuotionē^o

- a Ecel.10.b
- b Pet.5.b
- c Prou.15.e
- d Ephes.5.a
- e Gen.6.a
- f Cor.5.c.d
- g Prou.4.d
- h Galat.5.d
- i Eccl.2.a
- j Rom.13.d
- k Prou.27.a
- l Mat.5.c
- m Prou.24.b
- n Eccle.33.d
- o z. Pet.5. b
- p Heb.13.c.
- q Gal.5.d
- r 1. Cor.13.d
- s Eccl.31.b.c
- t Iacob.1.b

ac Diligentiam^a.

Doctor.

Iam cùm ob eam maximè causam Christus Legislator censeatur, quòd ea quæ in veteri Testamento latissimè Moysi fuerant explicata contraheret,^b & in quodam velut compedium cogeret, doce quòd hæc omnia, quæ à te dicta sunt, summatim olim ille reuocauit.

Adolescens.

Huc videlicet, vt Deū^c super omnia amemus, & Proximū, vt^d nos ipsos diligamus. Finis enim atquè adeò^e perfectio legis, est dilectio.

Doctor.

Cur nulla disertè præceptio instituta est, qua ad nostri ipsorum a-

^a Rom. 13. 4

^b Rom. 9. f
Au. ad Iauan. epi. 118.
Tertul. contra Marc. lla

^c Exod. 20. 8
Deut. 5. a. 6. 7
d. 11. b. c. 30.
b. d
Iosu. 23. c
Eccles. 13. e
Matt. 22. d
Mar. 12. c
Luc. 10. c
1. Ioan. 4. d
d Leuit. 19. 8
Eccl. 13. a
Rom. 13. e
Galat. 5. c
Ephes. 5. a
Iaco. 2. b
1. Ioan. 4. e
1. Pet. 1. d
^e Rom. 13. e
Galat. 5. c
3. Tim. 1. 8

morem cogeremur?

Adolescens.

Hoc quidem nobis sine legē
a Aug. 11. 1.
de doct. chris.
c. 15. de trin.
libr. 9. cap. 4.
Bernard. de
dilig. deo.
 villa² plus satis est commēdatum,
 eoque natura nos spōtē instigat.
 Et nihilominus tamen cum amor
 nostri ritē ac legitimē institutus,
 sit lex ac forma eius amoris quem
 proximo debemus, illius hīc quo-
 quē necessariū video extare præ-
 ceptum.

LECTIO XIV.

Doctor.

E St nobis aliquid obseruandū
 præterea?

Adolescens.

Nihil prorsus quod huic legi
 sit contrarium, nam quęcunque

² Leuit. 19. 8.
 Deut. 27. 6.
 Mat. 22. 4.
 Marc. 11. 9.
 Gal. 5. 14.

vel sacris literis fusè tradūtur, vel
Conciliis ac Ecclesiasticis scriptis
latissimè cōtinentur, ad hanc ve-
luti normam reuocantur, ac pro-
inde illis quoquè mos est geren-
dus, ac imprimis tamē Sanctis ac
Salutaribus Ecclesiæ Præceptis.

Doct̄or.

Ecquæ sunt illa?

Adolescens.

- 1 *Saintos dies festos omnes celebranto.*
- 2 *Sacrum Missæ officium diebus festis audiunto.*
- 3 *Indicta in Quadragesimam, Quatuor anni tempora, ac Perwigilia, ieiunia seruante.*
- 4 *Peccata sua Sacerdoti proprio quotan-
nis semel saltēm confitentur.*
- 5 *Sacrosanctā Eucharistiam semel in an-
no ad minimum, festis paschæ suscipiunt.*

Doctor.

Præclare.

Adolescens.

Et æquis quoquè Imperatorum legibus, Regum què ac Rerumpublicarum sanctionibus paré dum est ^a, quòd earum omnis auctoritas sit sancta, & à Deo Optimo Max. cuius vi ac sapientia Reges regnāt, & legum latores iusta decernunt, proficiscatur.

Doctor.

Rectè quidem: Sed sanè ego legem Decalogi difficultem admendum, & arduam esse censeo.

Adolescens.

Sanè si quis ingenio ac viribus naturæ ^b fragilis & ignauæ nitatur, is enim nūquam eius vim cōsequetur. Sed qui gratiæ cœlestis,

^a Exod. 22. d
Pro. 16. b
19. b. 20. a.
25. b.
Eccle. 10. 4
Baruc 1. c
Rom. 3. 2
1. Pet. 2. a
Aug. ad Bo-
nificac. 1.

^b Gen. 6. a.
2. d
Iob. 16. d. 13.
d. 25. d
Ez. 40. b. 6.
4. b
Eccle. 40. a
Sapien. 9. c
Rom. 7. c. d

cordibus nostris instillatae, opem
præcipue amplectitur, suamque
operam ac industriam in eani re
collocat, is sanè legem vtcunque
perficiet, ac exequetur.^a

Doctor.

Quid dixi, vtcunque?

Adolescens.

Quòd nostra omnis sanctimo-
nia ac pietas quātacunque ea hīc
possit esse, eo vsquè nunquam ^b
perueniet, vt ingenuè omnes il-
lud profiteri non debeamus: Di-
mitte nobis debita nostra, sicut &
nos dimittimus debitoribus no-
stris.

Doctor.

Non tamen ea vox plena veri-
tatis, impedit quò minus qui lege
quoad eius fieri potuit, Dei gratia

^a Mar.9.c
Rom.5.a.8.e
Galat.3.d
Philip.4.d
Augu.de spi-
rit. & li. c.5.
& de pec. me
111. & remiss.
lib.2. & 13.

^b Sap.9.b
2.Cor.5.b
Philip.3.e
Ambr.Offic.
lib.1.c.48.
Augu.de spi-
rit. & li. c.
26. & 28.
Clem. Alex.
Stro. libr. 4.
Aug.ad Boni
faciū lib.7.c
10. & li.3.c.5

a. Psal. 7. e
3. Reg. 8.
Esa. 32. c
Aug. de Cor.
& Grat. c. 9
Hiero. epist.
ad Russ. &
c. r. ad Celat.
Bernard. de
dilig. Deo.

duce perficit^a iustus dici possit;
suntq; eius actiones citra culpam
illæ, quæ ad voluntatis & gratiæ
diuinæ normam sunt expressæ, &
ex hominis libertate. quantacun-
què ea sit, profectæ.

Adolescens.

Ita censeo, ac proinde nō sunt
audiendi illi qui existimant rem
à Deo nobis aliquā hac lege pro-
poni quæ præstari non possit. Ille
verò parens & Legislator: opti-
mus ea libenter^b accipit, quæ pro-
virili parte, hac mortali domo in-
clusi fecimus, donec ad summum
virtutis ac sanctitatis domicilium
perueniamus.

b. Dout. 30. c
Mat. 11. d
Rom. 10. b
2. Ioan. 5. a
Aug. li. 1. de
pecc. merit.
& remiss. c.
13. & Epist.
30. Hiero. li.
3. con. Pelag.

LECTIO XV.

Doctor.

OMNESne homines, quicūquē
tādem sint, hac lege obstrin-
guntur?

Adolescens.

Plānē, præsertim ^a verō iij qui
Baptismi aliquando sacramētum
susceperunt, propterea quod ea
quæ tūm animis illabitur gratia,
non solum peccata remittit, ^b sed
Christiano etiam bene agendi, &
ex præscripto hui^o legis recte bea-
téque viuēdi necessitatē inducit.

^a Deut.12.8.
Prou.3.1.
Mat.19.21.
Rom.1.4.

^b Iesu.33.8.
Rom.5.d.6.e.
1.a.b.d
Ephes.2.b
Tit.3.d
Hebr.5.d
1.Pet.1.c
2.Pet.1.d
Ioan.3. b.c
Orig. c. 3. 2.
4. ad Rom.
Chry.homi.
de fid. & leg.
& in 1. ad E-
phes. Ambr.
in Rom.c. 8.
Aug. quæst.
in Exod.lib.
2.& de fid. &
operib..

Doctor.

Res sic habet: Sed quoniam de
Fide ac Dei cognitione primūm;
deinde de iis quæ nobis tanquam
filii charissimis ab eo præcepta
sunt, satis multa video esse dispu-

tata. Tempus est ut ad tertium rerum initio propositarū caput accedamus, quod de recta orandi ratione fuerat institutum.

Adolescens.

Rectè. Atquè eò maximè, quòd si nobis illius fauor^a & gratia singularis non adlit, fieri non possit, ut vel ea, quam in eum habemus, fides prodesse queat^b, vel noster ille,^c quem ad legis obedientiam exigit labor exiguis, operi tanto sufficiat, Quicquid sit tandem quod aut multis voluminibus præscriptum nobis proponatur, aut industriæ humanæ ratio fingere, ac de se sibi possit polliceri.

Doctor.

Quæ porrò nobis ad eā Creatoris nostrij gratiā ac benevolētiā conci-

conciliandam, methodus est parata?

Adolescens.

Vt eum imprimis oremus,^a ac ritè inuocemus.

DE ORATIONE

CAP. III.

LECTIO. I.

Doctor.

 Vid verò tu orandi & inuocandi nominibus intellegis?

Adolescens.

Sanè vt magna spe ac ^b mentis contentionē ^c nostram Deo inopiam proponentes, opem ^d ac benevolentiam eius flagite huius.

Doctor.

Ergo cum in Deo uno ^e ac solo nostra omnis spes ac fiducia sit

I

^a Rom.8.4.
^b 12.5
Ephes.6.6
Col. off.4.2
^c 1. Thess.3.13
^d 1. Pet.4.8
Jacob.5.6.8

^b Mat.7.8.
Luc.11.2.13.
^b
Jacob.3.2.
^c Luc.12.6.
Ioan.4.6
Ephe.5.4
Rom.8.4
^c 1. Cor.14.1
^d 1. Par.20.6
Iud.8.4
Dan.9.6.
Jacob.5.6.
^e 2. Reg.22.8
Psal.90.
Mat.12.6
Coloff.1.1.
Heb.9.4
Aug. in Ps.4.

collocanda, ille solus à nobis orā-
dus est, atque inuocandus.

Adolescens.

Plane, si tu inuocationis aut o-
rationis nomen non nisi ad eum
transferas qui omnium est Pater
ac opifex: alioqui enim non licet
solum, verū etiam iubemur no-
stram inter nos mutuò necessita-
tem^a ac inopiā referre, & mutuis
quoque prēcibus ac votis inuicē
suppetias ferre, ac promde orādi
atquè adeò inuocandi Sancti, ac
spiritus beati ac immortales.

Doctor.

Hæc quidē vera sunt, si ad an-
gelos, ^b quòd rerum nostrarum
sint tanquam administrī referan-
tur, & ad eos homines^c qui nobis
scum vitā in terris agūt respicias:

- ^a Mat.6.6
- Rom.15.b
- 2.Cor.1.b
- Phil.1.c.4.b
- 1.Thess.5.d
- 1.Tim.2.d
- Heb.5.g.c
- Jacob.5.c
- 1.Io.5.c

- ^b Exo.23.c.d
- Iob.5.a.12.
- Dan.6.f
- Mk.15.b
- Ag.10.a
- ^c 1.Tim.2.a
- Jacob.1.a

Sed quid cēses de iis qui iā in cœlis immortalitatis^a gloria perfruuntur? *Adol.*

Eadem & horum omnino est ratio. neque enim nostra minus ibi curāt, salutique nostræ segnius consulunt, quam cum nobiscum viuerent, atque adeo etiam ea de re magis esse sollicitos existimo, tū quod eorū status ac dignitas communem erga nos dilectionē non imminuit sed auget: tūm quod cū sui causa, non amplius angī debeant, liberius multo frattrum inopia subleuādæ, instare, amoris iure, teneantur.

Doctor.

Possuntne illi rerum nostrarū scientiam assequi, & quæ ab illis postulamus intelligere?

a Mie.15.a
Baruc.3.a
2.Pet.1.c
Apoc.5.b
Ori.Homi.3.
in Cant.& in
c.24.Mare.
Cōr.Cel.li.8
Cypr.libr.1.
Epit.2.Chr.
Homil.5.ad
Ephes.& Ho.
66.ad Pop.
Antiec.Aug.
in Psal.83 &
raft. in Ioā.
88 de Cura
pro mort. c.
16.Cōr.Faust
libr.10. c. 2.
Greg. Nazi.
in Basil. &
Orat.19.His.
Cont. Vigil.
ad Eustoch.
Prudent. de
Marty.

Adolescens.

Illi profecto statim Ecclesiaz
ignorare nullo modo possunt, tū
quòd pleraque omnia in Deo, ve-
luti in speculo quodam, rerum o-
minium indice, intueantur, tūm
quòd eorum quæ experti sunt ipsi
dum viuerent, minime possunt
obliuisci, tūm denique quòd in-
ternuncios quotidiè eos excipiūt
qui hinc ad eos commeant, & an-
gelorum quotidianis erga nos of-
ficiis assueti, ab iis certiores reddi
possint.

Doctor.

Sed hæc quæ distinctè à singu-
lis postulantur intelliguntne?

Adolescens.

Quidni? nā & in cœlis confi-
dentes Angeli rectè ea intelligūt,

a. August. de
spirit. & Lit.
c. 19. & de
cur. p mor.
de Ciuit. li.
10. c. 12. libr.
21. c. 18. Gre-
go. li. 4. Mo-
sal. Theodo.
Græcarū al-
fec. li. 8. Hic-
zu. cōs. Vigil.

quando vel ob vnius hominis resipiscientiam vehemēter gaudēt^a
 quod ab iis fieri profectō nō posset, nisi cā prius cognoscerent. at
 qui non minus interest sanè nostrorum quoque fratrum, Deo reuelāte,
 nostra scire, vt vel hac vna ratione, beatitudinis aliqua quotidie illuc fiat accessio.

a. Tob.12.e.
 Dan.9.f
 Luc.15.b
 Aug. de Predest. lib.5.c.
 14
 De fog. verg
 vitz c. 9. 11.
 39.lib.21. de
 Cuius c.17. &
 lib.22.c.10.
 Nico. Cabas.
 c. 48. liturg.
 Damasc. lib.
 4. de Orthod.

LECTIO II.

Doctor.

A T nullāne fit iniuria Christo,
 quem apud Patrem aduocatū habemus, dum opem a creatura imploramus, quæ per seipsum nihil potest cuiquam elargiri? b.

b. Dene.5.a
 Eud.3.d.
 Icc.lib.5.

Adolescens.

Nulla. Neque enim apud nos Christus est tāquam unus,
at ex communi hominum turba

aduocatus, ^a quales esse scimus ac
 docemus reliquos ab illo homi-
 nes: sed huic tam præclaro aduo-
 cati officio nomē quoquè adiun-
 gimus quod illius est solius, Me-
 diatoris, videlicet, Propitiatoris,
 ac Redéptoris, ^b qui suo nos so-
 lus sanguine ac merito sanctifi-
 cat, & ea quæ pro nobis vel à san-
 ctis in cœlo, vel ab ipsis etiā Ange-
 lis, efficit ut Deo Patri accepta-
 sint, & ab eo impetrentur.

Doctor,

Censes ergo Sæctorum preces
 nunc in cœlo pro nobis Deo fu-
 fas, non magis Christi auctoritatē
 inminuere, quam ^c cum ab iisdem
 in terris funderetur, nequè enim
 quicquam nunc illis amplius tri-
 buimus quam tū habebat, præter

- ^a 1. Cor. 2. b
Heb. 1. a. f.
- ^b 2. Cor. d
2. Ioan. 2. 1. a
4. c.
- ^c Mat. 20. d
Marc. 10. c
1. Cor. 1. d
Ephes. 1. b
1. Tim. 2. d
Heb. 9. c
1. Pet. 1. d
1. Ioan. 5. c

summā illā beatitudinē atq; immortalitatem, quę nobis illos magis ac magis reddit amicos, ac in rerum nostrarum incremēta studiosiores.

Adolescens.

Sanè. Ac ne diuinæ quidē potentiæ quicquam derogamus, dū ab illis priuata quædam dona flagitamus, vel valetudinis vel alterius rei cuiuspiam, quam ex latu data, ac veteri historia didicimus cum adhuc in viuis agerent, sæpe rogantibus cōtulisse. * Quicquid enim ab illis dono accipimus, à summo illo patre luminum proficiscitur ^b i e s v. Christi merito singulari, cuius diuitię ac cœlestes opes vel hac imprimis ratione plurimum illustrantur.

a Mar. 16. c
Luc. 10. e
1. Cor. 11. c. d
b Ioā. 15. b. c
Act. 4. b
Augu. de Ci-
uit. lib. 11. c.
10. Ep̄i. 137.
De Cur. pro
Mort. in Ps̄i.
88. Theod.
Grec. aff. lib.
8. Basi. in 4c.
Martyr. Gre.
Naz. in Atha.

Doctor.

Rectè. Sed quænam ea est spes
ac fiducia quam tu in oratione
nostra initio requiris?

Adol.

Vt magnopere speremus Deo
nos ita nostra omnia persuasu-
ros, vt à nobis exoretur^a, tū quòd
hanc ab eo accepimus promissio-
nem, tūm etiam quod eius nomi-
ne nostra illa proponamus, ^b qui
nunquam non illi est gratiosus.

Doctor.

Hæc tamen quantacunque ea
sit fiducia sine metu aliquo esse
non debet.

Adol.

Minime. Nostra enim nequi-
tia ac tarditate (quæ nos ^c plarun-
que latet) potest nonnunquam

^a Mat. 21. b
Marc. 11. c
Luc. 18. b
Heb. 4. d. 10.
d.
Jacob. 1. a
^b Ioan. 14. b
^a Ioan. 5. c
Aug. de Ser.
Do. in Mont.
li. 2. & Chry.
de Orand.
Deo.
^c Eccles. 9. a
Philip. 1. b
Heb. 1. a
^a 1. Cor. 1. c
Tertull. de
Cult. Forn.
Hie. in Eccl.
c. 9. Aug. in
Io. Tract. 4. 1.
Chrys. Hom.
61. in 8. Mat.
Greg. libr. 4.
c. 41. Moral.
Orig. i Mat.
Hom. 35.

Dei liberalitas in nobis impediri.

LECTIO III.

Doctor.

CVm tu initio dixisti, in oratione mentis in Deum contentionem requiri, nihil ne opus corporis industria in eo negocio esse sensisti?

Adolescens.

Maximè verò: nam cùm oratio pars quædam sit eius honoris ac cultus quem opifici omnium Deo reddimus, æquum est sanè ut corporis etiam actedat labor ac industria, nam & a Deo illud quoquè conditum est.

Doctor.

Idecirco fortassè factum est, vt non spiritu solum Deus, verum etiam adhibitis huic quoquè

a. Exod. 9. f
Num. 20. a
3. Reg. 8. f
Act. 21. a
1. Cor. 11. a
1. Tim. 2. d
Tertul. de
Orat. Apol.
x. 30. de Mor
Mog. ad xxi
lxx. quæd. a
Gent. prop.
115. Conc.
Nic. c. 20.
Chr. Hom. 9.
in Gen. 8. 38
2. Cor. 13. b

rei ceremoniis nonnullis colatur
Adolescens.

Planè: Deum enim & lingua
quoquè precamur quòd in hunc
illa usum homini data sit. Si quæ
sunt præterea externæ actiones,
in eandem eiusdem honoris ra-
tionem referuntur.

Doctor.

Quid porrò verbis ac voce op-
eris orati, cùm vel solas animi co-
gitationes, b Deus ipse planè intel-
ligat? *Adol.*

Atqui nō ideo his tūm utimur
vt noui quidpiam in reb⁹ nostris
quod nesciat illi suggeramus, sed
vt his tanquam adminiculis nos
ipsos excitemus, ac ad promeré-
dā eius liberalitatē cōponamur.

Doctor.

a Psal.34.4
Prou.15.16.
Jacob.3.4

b Dœm.31.f
Hiere.17.b
Rom.8.c
3.Cor.2.c

c 1.Cor.14.c
Ephe.5.b
Cyp.de Ora.
Dœm.Aug.
de Ora. Dœo
& ad Proba.
Chrys.Hom.
3. contra An-
nomas & de
Grand.Dœp.

Quonā verò sermone dū ora-
mus, vtendum est? *Adol.*

Si priuatæ sunt ac sine arbitriis
preces nostræ, licet cuiuis suo mo-
re, ac ex animi pietate agere, tamet
si æquū est, vt earū precū quib⁹ v-
timur formula, auctoritate ac iu-
dicio Pastoris sit cōfirmata, ne er-
remus. Quod si hac in re quispiā
sermone peregrino,^a & quem nō
intelligat, vti velit, orationis sanè
suæ fructu propterea nō fraudab-
itur. *Doctor.*

a Ori. Mem.
z. in Leh.

Quid si oratio nostra sit publi-
ca, & in concessu Ecclesiæ, licet nē
latine orare? *Adol.*

Quidni etiā Græcè & Hebrai-
ce? Tū enī clerus qui idiotæ locū
supplet, peregrinū sermonem ritè
intelligit, ac proinde singulis ora-

tionū periodis, quæ ab Antistite
 a.1.Cor.14.c
 Dio Eccle.
 Hierar.7.c
 Chrys. in Li-
 turg. Basil.
 ibidem. Ni-
 col. Cabas.
 Cœcil. Late-
 san. recc. in-
 tellicatum.

pronunciātur, subiūgit, Amé,^a vt
 hac ratione accurate obseruentur
 ea quæ de his à D. Paulo tradita
 fuerunt. *Doctor.*

Sed vix è vulgo ac plebe vnus
 hæc intelligit.

Adolescens.

Esto: non tamen ob eam cau-
 sam eo fructu ac ea vtilitate ora-
 tionis priuatur, quæ ex precibus
 communibus & omnium nomi-
 ne fusis, ad omnes promanat. In-
 terim enim dum publicus mini-
 ster orat, corda quæ rudes sunt,
 sustollunt, & animos cum Eccle-
 sia omnium matre iungunt, cui
 cū tanta sit apud Deum pro Chri-
 stianis auctoritas, preces ab ea
 quo quis idiomate concepta,^b non

b Matth.18.2
 3. Reg.8.b.c
 2. Par.6.c.d
 Psal.118.
 Cyp. vbi sup.
 Aug. ad Pro-
 b. Tertull.
 de Orat. &
 Apolog. c.39
 Chrys. 1. ho-
 mi. in Anom.

nisi salutares esse possunt.

Doctor.

Licetne ea nobis omnia à Deo postulare quæ in menté veniunt?

Adolescens.

Minime. nam quid oremus si-
cūt oportet nescimus^a nisi Spi-
ritus Sancti doctrina ac institutio-
ne erudiamur.

Doctor.

At nonne, ut credēdi, sic oran-
di quoque forma nobis aliqua re-
licta est?

Adolescens.

Est: & ea quidem à Christo ver-
bis cōceptis præscripta,^b & septē
tanquam articulis distincta.

Doctor.

Cedo illam.

^a Rom.8.2.
Galat.4.4.
Chry. ibid.
Tertul. vbi
Supra. Cypr.
de Orat. Do.
August. ibid.

^b Matth.6.5.
Luc.11.4.

LECTIO . IIII.

Adolescens.

- Pater noster qui es in cælis,
 1. Sanctificetur nomen tuum.
 2. Adueniat regnum tuum.
 3. Fiat voluntas tua, sicut in cælo Et in
 terra.
 4. Panem nostrum quotidianum da no-
 bis hodie.
 5. Et dimitte nobis debita nostra, sicut
 Et nos dimittimus debitoribus no-
 stris.
 6. Et ne nos inducas in temptationem.
 7. Sed libera nos à malo, Amen.

Doctor.

An verò tres illæ, quæ primo
 loco recitatæ sunt voces, petitio-
 nem aliquam conficiunt?

Adolescens.

Minimè: sed ad cætera viam

quandam sternunt, vt rectius ac
sanctius excipientur.

Doctor.

Quid ita?

Adolescens.

Deum in primis hic Patrem
nominamus ea ratione potissi-
mum, qua summę Trinitati crea-
turarum omnium opifici, tribui
solet, ^a vt certissimam inde spem
cōcipiamus, nihil rite petitum ab
eo illis negari solere, ^b qui suam
omnem, tanquam filij charissimi
in eo veluti in optimo parente fi-
duciam constituunt.

Doctor.

*Quur hunc patrem nostrum
vocas, & non meum?*

Adolescens.

Quod eius opus sum' omnes, ^c

- ^a Deut. 32. d
- Malac. 1. 5
- Matth. 11. d.¹
- 23. a. Ioü. 20. c
- 1. Cor. 6. d
- Gal. 4. a. Heb.
- 12. c.
- 1. Pet. 1. c
- ^b Matth. 7. 11.
- 21. c. 11. c
- Luc. 11. b
- Ioan. 14. b
- Rom. 8. d
- Cypr. de O-
rat. Do. Aug.
- ad Prob. Ter-
tull. de Orat.
- Chrysost. in
Matth. Bern.
- de Orat. Do.
- c Gen. 1. d
- Esd. 45. d. 64.
- c. Psal. 99. a
- Mala. 1. b
- Adu. 13. c
- 2. Cor. 5. d
- 1. Cor. 3. d
- Galat. 6. d
- Bebes. 4. b

ab eo conditi, & filij eius f e s v
 C H R I S T I , tanquam vnius cor-
a Matt.12.d.
22.b. Rom.
23.f.14.d.
23.Corin.6.e.
23.d Ephesi.
23.g. Hebr.3.
23.d.
 poris, in unicem membra, ^a cuius me-
 rito nostras omnes preces conci-
 pimus ac formamus : ac proinde
 quidquid à nobis hacten tota oratio-
 nis forma ab omniū parēte flagi-
 tatur, ^b id non priuato vnius, sed
 communi omnium nomine po-
 sci debet.

Doctor.

Cur illum in cœlis, cum sit ubi-
 que, potissimum interpellas?

Adolescens.

Atqui ad potentiam ac prou-
 dentiam eius explicandam ^c nulla
 certior ratio iniri potuit, nam cum
 in cœlis ille, unde omnia nostra
 bona delabuntur, imperet, facile
 nobis adesse potest: ac proinde
 spera-

e Brod.19.b.
Levit.26.c.
Deute.16.a.
28.b
3. Reg.8.d.
Dan.2.c.
Adu.7. E.54.c.
Rom.1.c
Tertul.Apo.
Reg.2.30.

speramus non inanem fore nostram petitionem apud eum in cuius manu sunt omnia constituta.^a

Doctor.

Cum ergo ille nostrum omnium sit Pater, debet nos audire ac iuare libenter.^b Et cum solus in cœlis dominetur, nos cupit seruare ac tueri potenter.^c

LECTIO V.

Adolescens.

Hoc iam sequitur, Sanctifice tur nomen tuum.

Doctor.

Quid hîc exoras: an ut Deus euadat, quam nunc est sanctior?

Adolescens.

Minime: Nequè enim sanctimonia^d eius ac probitas augeri

- ^a Gen.33.e
- Tob.12.a
- Psal.23.a
- Esa.35.b..
- 50.a
- 1.Cor.1.d
- 1.Tim.8.d.
- Apocal.1.d.
- 17.d
- ^b Matt.6.b.c
- Luc.11.b
- Ioan.14.b
- Rom.8.d
- 1.Pet.1.d
- ^c 1.Reg.8.d
- 2.Para.6.c
- Dan.9.a

- ^d Exod.15.d
- Deut.14.d
- Ios.24.c
- 1.Reg.2.2.
- 5.2
- Ioan.17.a
- Rom.11.a

K

aut minui potest: sed cùm ab eo
sæpe nobis significatū sit, nihil illi
summo honore ^a atque gloria ef-
se maius, eaque duo augeri ma-
gnopere atque illustrari videtur,
cùm eius maiestatē homines su-
spiciunt, ^b adorant, venerantur, id
hīs eum verbis oramus, vt suæ ipse
apud omnes maiestatis ac poten-
tiæ gradū ita tueatur, ^c vt ab om-
nibus vbiq[ue] vnus omniū Crea-
tor ac summus paren[s] habeatur.

Doctor.

Nihilne hīc tibi ac ceteris Chri-
stianis postulas?

Adolescens.

Postulo maximè: nimisrum vt
studiosis sanctisque nos actioni-
bus toti mundo declarēmus, ac
testatū relinquamus, ^d quām præ-

- ^a Exod. 15. b.
- Exa. 42. b.
- Malac. 1. b.
- Rom. 11. d.
- Philip. 4. d.
- Aþoc. 4. d.
- 1. Timot. 1. d.
- Cyp. de O-
rat. Do.
- ^b Exod. 14. c.
- 23. c. 15. a.
- Leuit. 11. 4.
- Déut. 6. c. 10.
- d. 13. c. 22. e.
- Nuim. 14. d.
- Ios. 14. f. 22. c.
- 1. Reg. 6. a.
- Math. 4. b.
- Hebt. 12. g.
- ^c Exod. 20. d.
- Déut. 32. d.
- Jud. 17. a. b.
- 2. Reg. 17. f.
- 3. Reg. 18. f.
- Exa. 43. a.
- Rom. 9. a.
- 2. Cor. 1. a.
- Chry. in 6. c.
- Math. Cyp.
- & alijs ut sup.
- ^d Exod. 75. a.
- 3. Reg. 2. f.
- Math. 5. b.
- Marc. c. 4.
- Luc. 1. c. 11. e.
- Philip. 1. b.
- 1. Heft. 1. d.
- Hebt. 2. a.
- 3. Pet. 4. d.

stantis ac sancti Patris filij simus.
Ut enim honor Patris est filius sa-
piens, ita filius insipiens Patris est
ignominia.^a

Doctor.

Hic ergo tu gratiam, iustifica-
tionem, ac sanctimoniam tibi to-
tique Ecclesiæ flagitas. Dic iam
quod sequitur.

Adolescens.

Adueniat regnum tuum.

Doctor.

Cedo quæ sit eius summa ex-
plicatio.

Adolescens.

Hac nos regni Dei vobis, & hoc
nomine, Spiritum Dei in priinis
intelligimus, quo^b in nobis solus
ille regnat, suæq; legi pacatè nos
subiicit, quem toti quoque Eccle-

K. ij.

^a Psal.50.c.
Eccl.22.c
Matte.6.d
Rom.2.c.d
1.Thef.3.d
3.d
1.Pet.1.a

^b Psal.23.
7.c.142.c
Luc.9.g.13.
Ioan.3.a
Rom.6.b.8.
1.Cori.3.d.
4.d
Galat.5.d
Ephe.1.c.4.
Philip.2.b.
1.c
1.Pet.1.a
1.Jean.2.c
Apote.13.c

siæ vehementer precamur dari,
 vt eius consiliis administrata, so-
 lam veritatem ^a amplectatur. Ro-
 gamus item vt si quid aduersus
 hoc tam potens Regnum insur-
 gat, continuò destruatur. ^b Postre-
 mo optamus vt Deus omnia sit
 in omnibus; nos ^c quidem hîc in
 terris in illo, & in nobis ille per
 gratiam suam, donec Regnum
 illud cœlestē consequamur, quod
 aduenire nobis tâquām laborum
 nostrorū finem ^d atquè adeò mer-
 cedem flagitamus.

Doctor.

Ergóne tu alicui ruinā ac per-
 niciēm imprecaris?

Adolescens.

Non sancè, id ego solum postu-
 lo vt peccatum, quo nullus nobis

^a Isa.31.

Joel.3. d.

Dan.7. d.

Matt.1. c. 18.

d.19. c.

Psal.1. b.

Ela.66. e.

Marc.7. d.

Ioā.15. c. 16. d.

1. Tim.3. c.

Apoc.11. 8.

b 1. Cor.15. d.

2. Cor.10. d.

c Ioān.15. a.

16. d. Ephes.

1. a.

1. Ioān.2. a. 3.

b. 4. c.

d Matth.6. d.

11. b. 10. a.

25. c.

1. Corin.3. c.

9. d.

2. Thesf.1. a.

3. Timo.3. c.

hostis est capitalior, destruatur.
Quòd si Deus vi ac supplicio velit
improborum conatus infringere,
ne proficiant in peius, sanè non
possumus eius voluntati non ac-
quiescere:^b **satus est enim paucos**
deleri, quàm plurimos interire.^c

a a Ind.5.e
 Esa.50.a.64.
 b Dan.9.4
 Ioan 8.c
 Rom.6.b
 Hebr.13.b

LECTIO VI.

Doctor.

Q Vid tertia iam petitione vis
 exorare dùm ais: Fiat volun-
 tas tua sicut in cœlo & in terra.

Adolescens.

Planè cùm hoc in primis no-
 stræ voluntatis vitium^d esse intel-
 ligamus, vt prauis naturæ nostræ
 cupiditatibus tanquā stimulis ex-
 citata, diuinæ legi ac voluntati
 sæpe sit rebellis, Patrem nostrum
 oramus, vt hos impetus ita coer-

d Gene.6.a
 H̄er.7.c
 Mat.25.b
 Rom.1.e.7.e.
 7.c.d. Gal 5.
 d.Chry.in c.
 7.4.1 Roma.
 Aug.Hypn.
 libr. 4. & de
 Menda.c.7

K iij

ceat, & prauos animi motus frangat, ut semper eius voluntati parreamus: Deinde cum nobis certò constet nihil nobis euenire posse quod eius vel voluntate non fiat vel mutu^b contingat, rogamus ut omnia, quæcunque tādem ea sint, prout decernit, fiant, sed ad honorem tamen eius ac salutis nostræ incrementum: perficiatque ne de eius singulari, & occulta tamen prouidētiæ ratione, vñquam vel dubitemus, vel conqueramur.

Doctor.

Et quid hoc significat: Sicut in cœlo & in terra?

Adolescens.

Primò ut nihil sit omnium quæ sunt in rerum natura quod voluntatem eius impedit, sed præce-

a Deut.29.2
Psal.50.c
Eccl.23.a
Ela.58.d
Hier.7.t
2.Cor.10.2

b Levit.28.4
1ad.8.
1.Reg.2.c
Iob.1.c
Eccl.15.c
Hiere.42.b
Mat.6.d.10.c
Rom.18.c
2.Thes.1.b.c
Heb.12.d
2.Pet.3.e
Apoc.2.e.f
Aug. de Ci-
uit. lib. 1.ca.
20.11.12.

ptis ac imperio eius pareant creaturæ omnes in cœlo & in terra.
 Deinde ut tā accurate, quoad fieri tamē potest, voluntatē eius homines hūc in terris sequantur, ac impleant, quām ij^a qui in cœlis agunt eam exactè venerantur ac perficiūt.

Doctor.

Sed estne qui Dei Opt. Max. voluntati possit resistere?

Adolescens.

Minime. Omnidem enim illa tādem leges statuet ^b ac imperabit. Sed quoniam improbi homines huic diuinæ voluntati aliquando reluctari videntur, precamur omnixè, vt eorū studia ac prauæ voluntates ita perfringantur, vt solum in illis bene agendi studium videatur superesse.

^a Psal. 33. d
Ecclesi. 13. d
Esa. 45. b. d
Ro. 8. d. 21. 2
1. Cor. 15. 4
Colos. 1. c
Apoc. 5. d
Heb. 4. d

^b Gen. 50. c
Nu. n. 22. b
Psal. 73. d
Prou. 30. d
Esa. 47. a
Dan. 7. d
Rom. 9. d
1. Cor. 15. d
Philip. 2. b
Apoc. 1. b

K. iiiij

Doctor.

Non itaque à Deo cogimur ad malum.

Adolescens.

Apage. Cogere enim quomodo nos posset is ad vitium, qui cū vitio natura ipsa pugnat? Lasciare quidem ad tempus, & liberius prævaricari homines, suáque libertate uti finit^b, ad explendas insanas cupiditates, sed iis aliquando tandem mercedem pro eorū meritis est redditurus.

Doctor.

Nobis ergo est arbitrium liberum.

Adol.

Est sanè: tametsi primi Parentis peccato ita clāguidum, vt nisi Dei gratia fulciatur, præ nimia

a Exod.23.2
Deut.15.d
23.a
Psal. 44.50.b
54.b
Eccles.15.d
Proo.6.b
Esa.1.c
Rom.1.4.4.c
Apoc.1.d
b Pla.72.b
Sap.5.c.d
Hære.12.a

infirmitate ad iustitiam ac virtutem Christianam agrè possit accedere^a. Cum verò diuin^o ille favor ac benevolentia nobis opem nostram ac vires confirmarit, nihil nobis inaccessum ac impossibile putam^o esse, sed digna nostra vocatione opera exercentes, ac cœlestibus documentis obedientes, ea quæ per baptismum beneficia accepimus, quotidie exaugeamus atque amplificamus.

Doctor.

Nos ergo nō de nobis ipsis ita vñquam diffidemus, ac si Deus Optimus Max. aut vi ac violencia cœlo nos assereret, aut crudeli quodam furore percitus,

Liber. arbit. Theophylact. Alexand. de Pasch. lib. 3. Cyril. in Ioan. lib. 3. cap. 54.

- ^a Gen. 4.6
- Deut. 30. c 4
- Eccles. 15. d
- 1. Cor. 15. g
- Apoca. 3. d
- Iren. li. 4. ca.
- 9.71.76.
- Iust. dia. cōr.
- Tryph. apol.
- 2. quæst. 9.
- Clem. Alex.
- Peda. li. 1. c. 6
- Stro. li. 1. c. 5
- Tertu. de ex-
- hor. Cast. cōf.
- Marc. lib. 2.
- Orig. lib. 1.
- Periar. ad
- Rom. ca. 1. iiii.
- Num. 32.
- Aug. cōr. Pe-
- lag. li. 1. ca. 1.
- 11. 2. ca. 5. 10.
- 20. De Grat.
- & lib. arb. 1.
- c. 15. 1. 8.
- Ambr. de vo-
- cat. gent. lib.
- 2. c. 5. & 2. 6. 9.
- Hiero. cont.
- Iouinia. li. 2.
- Chry. in Ge-
- nes. ho. 24. &
- ad Gal. cap.
- 5. & ho. 3. in
- 1. Tim.
- Hilar. in Ps.
- 1. 8.
- Concil. Car-
- thag. c. 8.
- Leo epist. 14.
- Basil. ser. de

pœnis æternis multaret, antequam non exigua vitæ nostræ flagitia illum ad id prouocarent.

Adolescens.

Rectè: Dei enim prædestinatio quæ prima est salutis nostræ causa, ^a hoc exigit maximè, ut postquam ad veritatis lucem vocati accesserimus, vitam religione & ^b vocatione nostra dignam traducamus, antequam tuta ac secura nobis esse possit spes gloria.

LECTIO VII.

Doctor.

A Ge, cedo quartam orationis dominicæ petitionem.

Adolescens.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

^a Rom.8.f
 Ephes.1.a
 Colos.1.b
 2.Tim.1.c
 2.Pet.1.d
^b 1.Reg.2.f
 Tob.3.d
 Psal.94.d
 Sap.1.d.
 Ezech.6.c
 Osee 13.c
 Matt.20.4.b
 Ephes.2.c
 Phil.1.3.
 1.Thef.4.b
 Heb.4.a 10.c
 2.Pet.1.b
 Iudi.6.d
 Aug. de Praedelt. Sandio.
 Iust. quæst.
 expos. gen.9.

Doctor.

Quis est huius tandem sensus?

Adolescens.

Cùm duabus homo rébus cōstet, ^a anima videlicet & corpo-
re, & cibus vtrique suus sit à Deo
tribuendus, corpori ^b quidem
hac prece, vitam, sanitatem, ci-
bum, ac indumenta postulamus:
Animæ verò gratiam, ^c diuinæ le-
gis intelligentiam, sacramentorū
quoque, ac præcipue Sacræ Eu-
charistia^d pabulum flagitamus.

Doctor.

Etiámne ad locupletes perti-
net hæc petitio?

Adolescens.

Quidni? Nam etsi vnde viuant
illis minimè desit, suarum tamen

- ^a Gen. 2. b
- 1. Cor. 15. f
- 2. Cor. 4. d
- Gen. 28. d
- Deut. 10. d
- Agg. 2.
- Matt. 6. d
- 1. Tim. 6. c
- Chrysost. in Matt. 6.
- Tert. de Ora.
- b Matt. 4. d
- Ioan. 6. c
- Colos. 1. b
- c Matt. 4. d
- Ioan. 6. c
- Colos. 1. b
- d Cypr. de Or. Do.
- Ter. de Ora.
- Orig. ho. 15.
- in Matt.
- Amb. 1. c. 11.
- Luc.
- Hierony. li.
- 6. qm. in E-
zech. cap. 18.
- & in cap. 6.
- Matt.
- Aug. ser. 18.
- de ver. Dom.

opum, quibus nimium fidi non debet, Deum^a authorem h̄ic iubentur agnoscere. Cūm vero panem vocant nostrum, intelligent sua nō solis sibi esse, sed aliis quoque inopia laborantibus^b pro cuiusque ordine ac gradu imparatienda.

Doctor.

Quorsum ergo tantus hominum in vita tuenda labor ac industria, si Dei prouidentia sustinemur?

Adolescens.

Atqui verbis ciusmodi ab eo precamur opem ac modum alimoniæ^c comparādæ, ne aut otiosi vitam inertem traducamus, aut aliis simus oneri. Vult enim Deus^d quemque pro gradu ac

a Gen. 14. b
Deut. 8. c. d
Psal. 143.
Pro. 10. c. 22.
Abd. 1. b
1. Tim. 6. d

b Tob. 4. c
Ez. 5. d
Luc. 16. a
2. Cor. 8. b
Gala. 6. d

c Deu. 18. c
d Pro. 5. c
Eccl. 10. d
Mat. 3. d
Act. 12. a 20 g
2. Cor. 4. c
Ephes. 5. b. c
2. Thess. 2. b
3. Thess. 3. b

ordine suo laborare, & rectam ac
æquabilem viuendi methodum
inire.

Doctor.

Nulli ne licet vnquam sponte
se bonis ac opibus abdicare?

Adolescens.

Licet, & his præsertim, qui vel
communis boni studio accensi,
vel priuatæ alicuius, sanctæ tamē
utilitatis amore inflammati, diui-
tiis ac opibus seipso libéter spo-
liant. Cuiusmodi sunt ij qui re-
bus humanis expliciti, cœlesti-
bus multo liberius incumbunt,
Christum ac Apostolos imitati
qui bonis suis vel omnino reli-
ctis, vel in ysum pauperum di-
uenditis, Euangelij industria pa-
scebantur.^b

a 4. Reg. 6. a
Mat. 5. 1. 8. a
19. g
Luc. 9. g
Ioan. 1. d. c
1. Co. 1. g. 9. b
1. Tim. 5. c
Iust. Apel. 1.
& 2.
b Luc. 9. g
1. Cor. 9. c
1. Tim. 5. e
Augu. ser. de
ver. Apoc.
26. lib. 5. cōt.
Faust. ca. 9. &c
serm. 5. 3.
Chry. ho. de
paup.
Basil. in Re-
gu. verisque.
Augu. de. op.
Monach. c. 5.
Micro. ad He-
liod. top. 1.
in vit. Ante.
August. in
Genes. ca. 1.
& in Io. c. 8.

Doctor.

Quis hic addis, Hoc die, &
Quotidianum?

Adolescens.

Vt quotidie ad mortem^a nos
accedere, & quotidianæ nos cu-
iusdā instaurationis, siue corpus,
siue animam spectes, egere intel-
ligamus, & nihilominus tamen
superuacua omnis vītē solicitude
hac voce amputatur, qua nos non
nisi diarios (vt ita loquar) seu vni^b
diei homines confitemur.

LECTIO VIII.

Doctor.

Quid est iam quod sequi-
tur?

Adolescens.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Doctor.

Quo sensu hæc accipis?

Adolescens.

Dùm nostram nos iniquitatē & nequitiam cognoscimus, in has voces humilitatis ac veræ cōfessionis plenas libenter erumpimus, vt Deus peccata nostrā delectat: quæ cùm sint quædam mortis subeundæ debita, periiimus, nisi nobis illa ab eo gratis condonentur.

*Exo. 32. d.
Exodus. 26. f.
Num. 32. d.
Jud. 10. b. c.
Job. 13. d.
Hier. 14. d.
Dan. 9. b.
Matt. 3. 2.
3. John. 1. d.
D. Germ.
Theo. Rerū
Eccles.
b. Matt. 6. b.
18. d.
Luc. 7. f.
Rom. 9. d.*

Doctor.

Quo vero iure tenetur nobis hanc veniam indulgere?

Adolescens.

Eo imprimis quia clemētiæ ac
benignitatis eius nulli sunt termi-
ni : deinde quod eum nos inter-
pellamus freti Christi I E S V b me-
rito, qui lauit nos in sanguine suo,
& spiritu sancto tanquam^c suos,
obsignauit.

Doctor.

Quid ergo necesse fuit hæc
subiecte : Sicut & nos dimitti-
mus debitoribus nostris? An ideo
ab illo vi quadam veniam extor-
quebimus?

Adolescens.

Haudquaquam : Sed hac ora-
tione declaramus quanto deside-
rio indulgētiæ illius ac remissio-
nis teneamur : Deinde cùm ex
eius præscripto mutuas inter nos

iniurias

a Para. 36.c
Psal.6.b.24.c
52.a
Dan.9.c.d
Mar.3.a
Lnc.1.g
Tit.3.d
b Ela.53.b
Mat.11.c.26.c
Ephes.1.b
2.Pet.3.d
Apoc.1.b
c Mar.16.d
Ioan.7.d.4.b
7.f
Rom.5.26.a
2.Cor.3.d
2.Corin.1.d
5.4
Ephes.1.c
4.g.5.a
Gala.2.a.b
2.Thess.5.d
Hebr.2.d
2.Pet.1.2.b.c
D. Germa.
Theoria.
Rerū Eccl

iniurias lubenter remittamus , ^a à nobis ille quodammodo prouocatur, ut peccatis nostris fiat multò pacatior.

^a Leuit. 19. d
Eccle. 19. b
Mat. 6. b. 12. ē
Luc. 11. a.
17. b
Jacob. 5. d
Chryso. in 4.
Matt.

Doctor.

Hæc ergo venia quam aliis damus , non solum nota quædam; verum etiam certa erit dispositio, ut à Deo remissionem peccati, quam cupimus, consequamur.

Adolescens.

Planè , neque deerit vñquam ille nobis si quod in nobis situm est, præstabimus.

Doctor.

Da nobis sextam petitionem.

Adolescens.

Et ne nos inducas in tentationem.

L.

Doctor.

Explica.

Adolescens.

Hæc vna ac prima humanæ virtutæ lex est, vt perpetua sit dimicatio aduersus carnem, ^aSatanam, & mundum, quorum nos impetum ac insidias temptationem nominamus, quibus cum minime pares ex nobis esse possumus, ab eo opem & auxilium flagitamus, qui facit cum temptatione prouentum.

Doctor.

^a Tob. 3. d.
Jud. 8. c.
Job. 7. a.
Matt. 4. a.
Luc. 4. a.
^a Thess. 3. b.
Heb. 2. d.
Iaco. 1. a.
^a Ioan. 2. b.
^b Psal. 9. c.
Matt. 26. d.
^a Cor. 9. c.
10. d.
Heb. 4. d.
^a Pet. 2. b.
^a & 2. Pet. 5. b.
Cyp. de sing.
Cleric. & de tum.
Lapl. Ser. 5.
Tertull. de
pudicit.
Augu. Conf.
lib. 6. c. 11.
de sanct. Virg.
cap. 19.
D. Germa.
Theo. Recus.
Ecclesi.

Rectè, vox tamen inducendi, qua tu es vsus, aliquam videtur vim significare, quam Deus nobis adhibeat ad malum perpetrandum.

Adolescens.

Minime, sed id oramus ut nostras sic ille coërceat cupiditates^a, & libidines frenet (que vehementes ac int̄ēperatae sunt admodum, nisi nobis adsit fauore suo ac gratia) ut ne volētes quidem in extrem labi possimus, tametsi eo deserente fieri non posset, quin laberemur.

^a Psal. 110.
Matt. 26. d
Ro. 6. c. 7. d
1. Cor. 10. d
Gal. 5. d
Coloss. 3. a
Heb. 12. b
Aug. Cōfēl
Iob. 10. 22. 29

LECTIO IX.

Doctor.

Postrema iam petitio superest.
Cedo eam & explica.

Adolescens.

Libera nos à malo. Hic Deū precamur, ut si quando culpam nos aliquam, vi ac impetu cupiditatis excitati, admittamus, nobis illam condonet, & ne in-

^b 3. Reg. 8. c
2. Para. 6. g
Iob. 3. a
Prover. 10. b
Eccl. 7. c
1. Jean. 1. d

Lij

deteriora nos dilabi ac distrahi
permittat: atque etiam id vehe-
menter flagitam^o, ut poena^b omnis
peccati, quæcunque tādem ea sit,
nobis remittatur.

Doctor

Mali ergo nomine peccatum
omne, ac omnem eius poenam in-
telligis, quæcunque sit impiis, qua-
uis tandem ratione, constituta.

Adolescens.

Ita est: ac proinde hæc vltima
petitio à proxima est necessario
distinguēda; propterea quod ma-
gnum inter tentationē, ac cōsen-
sum in eam, & poenam denique
peccato debitam sit discriminē.

Doctor.

Quar hæc nos orādi formula
voce Amen cōcludimus? Nā quæ

Psal. 118. 2.
Eccl. 23. 2.
Ier. 2. 8.
Deut. 25. 4.
Reg. 24. 2.
Matt. 3. b.
Rom. 1. b.
Cor. 6. c.
D. Germa.
Theor. Rerū
Eccl. 6.

Tertul. li.
de Orat.
Cyp. de Orat.
Domi.
Au. ad Prob.
& de Sermo.
Dom. in mō-
stē.
Ambros. in
Luc. ca. 11.
Chryso. in. 6.
Cap. Matt.

grēci³ codices adiiciunt, non tam petendi quām laudādi rationem habent, quæ ad primas huius orationis dictiones referuntur.

Adolescens.

Id fit, ut de nostra nobis ampli^a constet in Deum fiducia, illudq;^b certò credamus veras esse Dei Opt. Max.^b promissiōes, quę quot-quot sunt, sunt in illo Est, ideo & per ipsum Amen, Quæ vox latini^c dictione, Fiat, explicatur.

Doctor.

Nōnne verò post hanc orandi formulam, ab omnibus ferè semper subiicitur ea Salutatio qua Gabriel^c Angelus virginem Matrem in Galilæa olim compellauit?

L iij

^a Mat. 6.5
^b 2. Co. 1.14
Hierony. in
6. ca. Matt.

Adolescens.

Sanè: Et quidē his verbis, AVE
M A R I A gratia plena Dominus tecum,
benedicta tu in mulieribus, & benedi-
ctus fructus ventris tui. I E S U S : addi-
etiā hæc solent, S A N C T A M A-
R I A mater Dei ora pro nobis peccatori-
bus, Amen.

LECTIO. X.

Doctor.

E T quæ tandem ad nos ex his
verbis reddit vtilitas?

Adolescens.

Plurima, Imprimis enim te-
stamur non alio nos merito ea
imperaturos quæ rogamus, quām
C H R I S T I I E S U S, quem sa-
lutis nostræ ergo de virginē^b na-
tum esse confitemur, vt vetustis
tandem figuris Prophetarum ac

^a Mat. 15. c
^b Ioan. 14. b
^c 1. Joh. 2. a. 5. c

^b Ioan. 1. c
Rom. 1. b
Heb. 2. d

Mosis, veritas ipsa succederet.
 Deinde vero admirabiles D. Matris prærogatiwas, ac virtutes præclaras recensemus, dum illa Matrem simulac Virginem, Deo plenam, ac humilem, reliquis denique mulieribus præstantiori benedictione cumulatam prædicamus.

Doctor.

Et hæc etiam omnia quid nobis prodesse possunt?

Adolescens.

Plurimum, Præterquam enim quod hoc tam præclaro Incarnationis testimonio errorem ac impietatem eorum euertimus, qui vel Christum, verè hominem fuisse negarunt, vel castissimam

L. iiii

- a Genes. 3.6
- 49. d
- Exod. 3. c
- Num. 22. c
- Iud. 10. g
- 2. Reg. 7. d
- 1. Para. 6. g
- Psal. 131. c
- Esa. 7. c
- Hiere. 31. d
- Danie. 7. d
- Mich. 4. c
- Agg. 2. b
- Zach. 3. c. 9. b.
- Luc 1. d
- Cyp. li. cōtra Iud.
- Tertul. cont.
- Iud.
- Euseb. de monitr. & Præparat.
- Euang.
- Iren. li. 1. ca.
- 95. & 66. & 3.
- ca. 24. & 32.

b Valent;

Bafili. Mar-

tio. Cerdon-

ia. Mani-

chæ. Apoll.

Eurych.

c Carpocr.

Valentin.

Anticidoma.

Iouinia.

Heluidia.

D. Matris virginitatem oppugnārunt , admirabiles eius virtutes prædicamus , quarum nos imitatione reddamur aliquando meliores.

Doctor.

At tu illam tamen oras interimi.

Adolescens.

Et rectè quidem : Nam præter communes illas rationes , quibus ostendimus , à nobis rite Sanctos inuocari , hanc etiam adiicio , Diuæ Mariæ preces , tanto nobis op tabiliores esse debere , quanto dignitate ac sanctimonia , apud patrem omnium Deum , per filium eius I E S V M Christum , cæ teris omnibus , quos oramus , antecellit.

a Lnc.1. d
Iren.ii.3.ca.
31. & 33. cap.
Lib.5.
Augustin.
de Natu. &
Grat.ca.6. &
Serm. de
a u.m.
Hier. in Hel-
uidium . &
Serm. de Af-
fump.
Amb. N.b.1.
de Virg. &
sup. Luc.ii.1.
Beruar.de
Lau. v. 22.
Serm.2. & 98.
& sup. Mis.
Epin. ad Ca-
no . Lugd.
Chrys. in Ly-
turg. Basil. &
Jacob. ibid. E.
Nicephor.
hist. Eccles.
Lib. 1.ca.7.8.
& lib.14. ca.
3. & 46.

Doctor.

Nunc quia de Fide, deinde de Lege, ac postremò de Oratione à te satis multa dicta sunt: Age videam⁹, an aliud supersit Religio-nis nostræ Caput, de quo quarto & vltimo loco disseramus.

Adol.

Superest sanè, & quidem gra-uissimum, nempe de Sacramen-tis, quæ cum nobis eam gratiam imprimis elargiantur, quæ ad cre-dendum Fidem fouere, ad ope-randam Charitatem accendere, ad orādum denique Spem exci-tare solet, locus iam est oppor-tunus, vt de eorum virtute ac nu-mero singulatim disputemus.

DE SACRAMENTIS

CAPVT IIII.

LECTIO. I.

Doctor.V ID vocas Sacramen-
tum?*Adolescens.*

Est sacra & viſibilis Ceremo-
nia, ^aqua inuiſibilis gratia exhibe-
tur, reque ipsa instillatur animis
ad eam recte comparatis, vel fal-
tem non obſtantibus, ad eos
effectus in eis producendos, qui
ſignorum exteriori natura adum-
brātur ex iuſtituto, ac promissio-
ne I E S V Christi.

Doctor.

Eum ergo censes ſolum Sacra-
mentorum eſſe Autorem.

Adolescens.

Planè, est enim solius^a eius, munus gratiæ, ac iustitiae, pacto ac legi qua voluerit, hominibus communicandæ.

Doctor.

Nullâne nobis alia ille ratione, quam hoc Sacramentorum usu, bona sua ac diuitias potest impertiri?

Adolescens.

Potest, neque enim propterea suam his signis potentiam circumscribit: Sed hoc ille voluit nostræ^b infirmitati dare, ut cum ea vix carere possit iis quæ cadūt sub sensum, ab eo ista sint instituta, tūm ut oculis externis obsignetur ea gratia quæ animis inuisibili modo diffunditur, tūm

a Psal.83.
Esa.43.4
Aug.15.tract.
in Io. & 120.
de Civit. Dei
cap.12.ii.15.
Epist.16.
Amb. de sac.
lib.4.ca.4.
Cyril. in Iod.
li.13.c.39.

b Chrys. ho.
13.in Matth.
Aug. de vera
relig. ca. 17.
Contra Dona.
li. 5.c.19.
Cyp.de bap.
Christi.

etiam, ut his tanquam ^a vinculis,
essemus in uicem colligati.

Doctor.

Tu ergo negas Sacramēta nudas esse rerum figurās, & signa,
sed ita ^b asseris vera esse instrumēta
gratiæ, corum vi ac vsu collatæ,
ut hoc nisi certò credamus, nihil
habeamus, quo Sacramēta Chri-
stiana à Mosaicis distinguantur,
cūm ea tamen longè sint diuersa.

Adolescens.

Sanè, ut enim lex illa Mosis
Christum donis omnibus ornatū
non nisi à longè vmbbris ac pro-
missionibus suis ^c commonstra-
bat, sic eiusdem omnino legis Sa-
cramenta. Sed quemadmodum
expectatam diu Salutis ac ipsarū
promissionum veritatem cū Euā-

- a Ephe.4.6
- 1.Cor.10.4
- Act.1.4
- Augu.epist.
- 218.ad Iauu.
- con. Faustū.
- lib. 19 c. 11.
- Tract. 80. in
Ioa[n]n. Tertu.
- vbi supra &
- libr.de bapt.
- b A&.2.f
- Ephe.5.f
- 1.Pet.3.d
- Tit.3.b
- Cyp. de cœ.
- dom. & Ser.
- de psal. dom.
- Aug.11.4. de
- bapt.c.24.11.
- de mer. &
- Rem.1.c.19.
- Epist. 19. In
- Io. Tract.80.
- Chry. Ibid.
- Hom. 24. 35.
- Leo epist.67.
- Amb.de pœ.
- lib.2.
- c 1.Cor.10.d
- Heb.8.2. 9.f.
- 10.2
- Ioan.1.d*
- Amb. in psa.
- 73.Aug.lib.
- 18. de Cuius.
- c.13. libr. 3.
- con. Faust.
- lib. 19. c. 13.
- Epist.19.

gelio & gratia Redemptoris iam accepimus, ita nunc hæc ab eo relicta sunt Sacra menta, tanquam vasa quædam, & instrumenta cōferendæ gratiæ iis qui ritè illa suscipiunt.

LECTIO II.

Doctor.

QVIBUS iam rebus opus est ad aliquod Sacramētum cōstituendum?

Adolescens.

Imprimis ut eius Auctor sit ^a Christus ipse, veluti iam dictum est. Deinde necesse est adesse elemētum aliquod, vel signum ^b sensibile, cui Dei verbum à legitimo eius rei Ministro ritè prolatum, accedat, ut fiat Sacramentū. Ter tio demum in eo ^c effectū specta-

^a Tert. de ref. car. Aug. lib. 3. quæst. Lexit. c. 84. Tract. 8o. in Joan. ^b Mat. 28.4. Mar. 16.4. ^c Cor. 1.1. Aug. lib. 3. e. 54. cont. lit. Petili. Amb. de iis qui myst. c. 1. & li. 2. de spiri. Sand. ^d Io. 3. c. 16. b 20. b. & A. 2. f Tertu. de refur. carn. de bapt. Cyp. de coen. dom. de Pass. dominii. Theoph. in 4. Iucæ. Aug. tract. 120. 18. Joan. Epist. 218.

mus, & gratiam ex diuina voce, ac promissione pendentem, prout de singulis suo loco copiosius deseretur.

Doctor.

Agè, quot sunt Sacra menta ecclesiæ Catholice?

Adolescens.

Septem. nimirū, ^a Baptismus,
^b Cōfirmatio, ^c Pœnitentia, ^d Eu-
 charistia, ^e Extrema vna ctio, ^f Ma-
 trimonium, ^g Ordo.

Doctor.

Estne eadem omnibus vis ac gratia, quę animis eorum ex æquo diffundatur, qui distinctè iis cōmunicant?

Adol.

Minime vero. Nam etsi vnum & eundem Dominum Sacramētorum Auctorem habeamus, & omnis gratia ^h fontem vberimū,

^a Ioan.3.c
^b Act.1.f
^c Mat.19.b
^d Act.8.c
^e Mat.16.b.
^f 18.c.10.20.f
^g d Ioan.6.d.e
^h Mar.6.b
 Jacob.5.c
ⁱ f Mat.19.2
 Ephe.5.g
^j 1.Tim.4
 Mat.18
 Iacob.5.d.

^k Ro.3.a.8.d
^l 1.Cor.12.c
 Ephes.4.d
^m 1.Pet.4.c
 Jacob.5.a

spiritum eundem sanctum fateamur, eorum tamē effectus varios distinguimus, tūm propter varios fines ^a ad quos sunt instituta, tūm propter diuersam ac non vñā eorum, qui ad hæc accedunt, animi constitutionem, quīque eam gratia partem accipiunt, ^b ad quā eorum mētes magis vel minus sunt idoneæ.

LECTIO III.

Doctor.

IAm ut de primo dicamus, quid est Baptismus?

Adolescens.

Sacramētum quo sicut ex certatis Christi ^c institutione, corpus aqua exterius abluitur, ita Spiritus Sancti gratia, anima interius emundatur.

^a Augu.epi.
1.18. De vera
relig. c. 17.
Tertul. de
resur. car.
^b Aug. que.
titio. Levit.
lib.3. c.48.
cont. Peti. li.
3. c.40.
Cōtra Doma.
lib.1.c.12. &
5.c.14. Cyp.
de cœn. do.
Orig. 2.hom.
in Num. Iust.
Mart. Apol. 3

^c Mat. 28.6
Mar. 16.4
Ioan. 3.6
Act. 2.35
Ephe. 5.8
Tit. 3.5
Iust. Apol. 3
Ire. li. 1. c 28
Tert. libr. de
bapt. Orig. ep.
pist. ad rom.
libr. 5.c.5.
Chrys. hom.
35. ope. Imp.
Aug. cōt. lib.
Petri libr. 3.
6.3

Doctor.

Sed quò spectat hæc aquæ, quā
tu adhibes, ablutio?

Adolescens.

Vt viam Baptismi ac eius natu-
ram agnoscamus, vt enim ^a aqua
sordes corporis abluūtur, sic gra-
tia, mentis vitia repurgantur. Si-
cut autem dūm in nomine Patris
& Filii, & Spiritus Sancti baptiza-
mur, in aquam immergimur, ita
tūm etiā in Christo spiritualiter
sepelimur, vt peccatis mortui, gra-
tiæ resurgamus.^b

Doctor.

Est ergo Baptismus, quadam
mors in peccatum, & quadam etiā
ad gratiā Resurrectio: Atque per
hanc spiritalis vitæ nouitatem, &
secundam quadam nativitatem,

iux-

- ^a Ezecl. 36. c.
- Esa. 12. b
- Act. 10. 8
- Gal. 3. d
- Ter. de bapt.
- Orig. in Io. 6
- Aug. cont.
- Petri. li. 2. c. 2
- Dydimus. li.
- 2. de spir. v.
- Sainto Amb. de spir. sanct.
- 1. 2. c. 5. & 6.
- Chryf. hom.
- 24. in Ioan.
- b Rom. 6. c
- Col. 1. b
- Basil. de spir.
- sancti. li. 1. c. 6
- Grego. Naz.
- debapt. Chr.
- homil. 9. ad
- Hebreos.
- Cypr. libr. 4.
- Epist. 7. Ire.
- libr. 3. c. 18.
- Aug. quæst.
- in num. 23.
- Tract. 28. in
- Ioan. & de
- sup. & cœn.
- libr. 2. c. 20.
- Cont. Pelag.
- libr. 2. c. 2.
- Chryf. hom.
- 39. in Genes.
- Cyril. in ca.
- Ioan. 3. Da-
- mas. li. 2. c. 6.

ius quoddam nobis præclarus in
Patris nostri regnum cœleste cō-
paratur.

Adolescens.

Sic sentio.

Doctor.

Itáne omni ex parte in bapti-
smo iustificamur, vt nullum no-
bis peccatum amplius relinqua-
tur?

Adol.

Sanè^a: fatemur tamen concu-
piscentiam, & quandam cum car-
ne dimicationem, ita nobis sem-
per hærere, vt ad virtutes ^b magis
exerceat, quàm vt aliquam in no-
bis habeat peccati rationem, ve-
luti dictum est.

Doctor.

Cur igitur hoc baptismu-

M

^a Mat.28.2
Marc.16.d.
Ioan.3.c.d
Ephes.5.d
Act.2.f
Pet.3.d
Tert. de Re
sur.car. & li.
de Bap. Iust.
cōt. Triph. &
apol.2 & de
expos. fidei.
Clemens A-
lex.li.1. pꝝ.
c.16. clem̄s
Mar. epist.3.
Orig. hom.4
in cant. Cyp.
de bap. Chri.
Aug. de nupt.
& concu. li.
1.c.33. & cōt.
Peli.li.1.c.13
& 3.c.3. cōt.
Iulia. lib.6.
c.5. Basil. de
exhor. ad ba-
ptis. concil.
Mileuit.
^b Ro 6.b.7.d
Iac.1.b.Aug.
lib.2. c.4. de
nupt. & cōt.
& lib.1.c.7d.
& 39.Ci ryf.
in a&. hom.
1.& au heb.9

178 DE SACRAMENTIS.
ties non abluimur quoties aliqua
peccati labe inquinamur?

Adolescens.

Quòd híc sit quædam regene-
ratio spiritualis. Cum autem non
amplius quàm semel ^a secundum
carnem nasci possimus, hoc mo-
do non nisi semel renascimur se-
cundum Spiritum. Deinde cùm
publicæ illius ^b originis peccato,
non nisi semel nascédo inquine-
mur, non nisi semel quoque bap-
tismo, ad eam labem eluendam
magis utimur instituto, quàm he-
bræi sua olim Circuncisióne..

Doctor.

Rectè sentis: adde quòd cum
in mortem Christi baptizemur, e-
cum est ut id semel tantùm fiat,
sicuti non amplius quam semel ^c.

- a Ioan.3.3.
Tit.3.4.
de eccl. dog.
2.53. Ambr.
de spir. Sæc.
lib.1.c.6.
b. Ephè.4.4
Heb.6.4
Aug. in Ioā.
3. & cont. Pe-
tit.ii.1.c.72.
& cōt. dona.
Iij.2.c.9. cōt.
Parm. lib.2.
c.3. Epist.48.
& 50. de ver-
bis domin.
Ser.21.epist.
23. Concil.
Nic. cap.19.
Cœcil. carth.
can.1. Tertu.
de bap. Chr.
in cap.4.epis.
ad Ephè. Leo
ad Nicetam.
e Rom. 16.8
Gal.3.4
Amb. de sac.
libr.1. c.5.
Cypr. Serm.
de ablut. pe-
dum. Chrys.
hom.9. in c.
6. ad Hebr.

Christus olim mortuus est.

Adolescens.

Planè omnino.

LECTIO IIII.

Doctor.

Ex his quæ à te dicta sunt vis opinore efficere, ut iis omnibus sit hoc baptismo semel, secundum spiritum nascendi necessaria lex imposita, qui semel etiam aliquando secundum carnem nati sunt.

Adolescens.

Volo: & quidem id per necessariū, præsertim si ex Christi passione fructus^a aliquos sint percepturi. Ut enim Adæ illius primi filius esse potest nemo, qui ex hominibus homo non sit editus: sic esse non potest secundi Adæ, id

- a. Ioan.3.4.
Mat.28.4
- b. Act.2.c.10.b
- 1. Cor.15.4
Clemens
mar. Recog.
li.6. Clemens
Alex. libr.1.
Pz d.c.6.Ter
tul. de bapte.
Augu. Cont.
Faust.lib.19.
c.16.Cyp.de
bapt.Iren.li.
3.c.15.Basib.
cont.Euno.
li.2. Orig.li.
in 4.ad Ro.
Chry.in 10.
c.3.b

M ij

est Christi filius, qui nō sit hac ratione denuo filius quodammodo generatus.

Doctor.

Vis ergo id omnino affirmare, ^a Pueris infantibus, originali peccato sordidatis, nullum sine baptismō ad cœlestem gloriam aditum patere posse.

Adolescens.

Ita planè credo.

Doctor.

At cur ad Baptismum tamen eos admittimus, cùm neque fidē habeant, neque ullum rationis vsum?

Adolescens.

Hæc summa Dei in eos fuit misericordia, vt ad præclarū hoc animi lauacrum adsciscerentur, ac

^a Ioan.3.4.
Rom.5.8.
Orig.lib.5.c.
6. ad Rom.
Hesic. in Le
vit. ho. 8. &
Orig. ho. 14.
in Luc. Cyp.
lib.3 epist.8.
Iren. lib 2.c.
10. Am. br. de
voc. gent. li.
3.c.8.Aug.li.
1.c.12.36.20.
23.25.35.39.
de pec. mer.
& remiss. Itē
libr. 4.c. 24.
cent.Dona.
26.lib 1.2. de
ni p.& cōcu.
c.11. De ciu.
libr.16.c.17.
& de pec.
mer. & re-
miss. lib.3.c.
1. & 4. 12.
Amb.lib.2.
de pœn.

ne hebræis quidem hac in parte inferiores essent, ad Circuncisionem ab infantia obligatis.

Doctor.

In quā autē fidem baptizātur?

Adolescens.

Ecclesiæ ac parentum, æquum enim fuit ut quos peccatum aliena voluntate cōmissum iudicio, ac condemnatione inuoluerat, eosdem quoque Baptismus aliena fide ac testificatione collatus, à tām acerba sententia vindicaret.

Doctor.

Cur verò hæc aliorum fides cōmunis, ac tam præclaratestificatio pietatis, non iis etiam infantibus ad salutem prodest, qui Christianis parentibus orti, sine baptismō tamen moriuntur?

M iij

^a Rom. 5. e
Aug. li. 6. cōf
Iul. in psal
50. & Epist
13. 89. 105. E
in Genes. ac
lite. libr. 1.
14. & 23. Tra
dat. in Ioan
31. & 67. lib
despir. & a
nima. c. 41
de eccl. dog
c. 34. Sermo
de temp. 27
& 45.
Bernard. ser
2. de prima
do. Aduetus

Adolescens.

Propterea quod vbi voluntas
seipsum actu non exerit, nihil illa
quenquam iuuare possunt que ab
alio profiscuntur, si Sacramen-
torum usus non accedat. Quan-
tacunque enim esset olim veterum
hebræorum fides, eorum tamē in-
fantes pueri^a non cooptabātur in
Abrahæ familiam, qui non essent
circuncisi.

Doctor.

Duas ergo has tu Dei voces æ-
què grauiter accipis, Anima cuius
caro præputij circuncisa^b nō fue-
rit, delebitur de populo meo : &
Nisi quis renatus fuerit ex aqua &
Spiritu Sancto non intrabit in re-
gnum cœlorum.

^a Tert. li. de
bapt. Orig.
homi. 14. in
Luc. Cyp. 1. 3
epist. 8. Aug.
de pec. mer.
libr. 2. c. 17.
cort. Dona.
lib. 4. c. 18. E-
pist. 107. 90.
92. 106. De
genes ad. lit.
libr. 10. c. 14.
24. & de ec-
cles. dog. c
34. & 37. De
ciui. li. 21. c.
13. De bone
perse. li. 2. c.
11. Ambr. de
voc. gent. li.
3. c. 8. Leo
epist. 46.
^b Gen. 17. b
Exod. 4. f
Iosue. 5. c
Rom. 4. d
Aug. de ciui.
lib. 15. c. 10.
Epist. 118.

Adolescens.

Omnino. Nihilominus tamen si quis^a rationis iam adultæ, fidei causa, vel insigni aliqua necessitate districtus, baptismū quem re ipsa habere non posset, voto faltem affectaret, nemini dubium esse potest, quin eiusmodi voluntas facti ipsius instar, à Deo Opt. haberetur.

^a Cyp. serm.
de latrone &
Epiſt. ad Iu-
ba. Amb. O
ra. pro Va-
lent. Aug.
cōtra Dots.
li. 4. c. 12. 25.
lib. de Orig.
animæ. 3. c.
9. lib. de Ci-
uit. 13. c. 7.
Retrac. li. 2.
c. 18. & Ques-
tio. in Levit.
6. 44.

LECTIO V.

Doctor.

AGe verò, cùm hic tam necef-
sarius Baptismus, aqua & Spi-
ritu Sancto constet, ac perficia-
tur, quid ei necesse fuit adnecte-
re Abrenunciationem, Exorcis-
mum, Chrisma, Salem, Saliuam,
Vestem Candidam, cæteraque e-
iusmodi omnia?

M. iiiij

Adolescens.

Solennes quædam illæ sunt & perantiquæ Ceremoniæ, quæ neque pro cuiusuis arbitrio sunt immutandæ, neque sine summa necessitate vñquam prætermit-tendæ.

Doctor.

Quisnam verò est harum usus ac significatio?

Adolescens.

Imprimis quidem solenni illæ abre nuntiatione, mundo, carni, Satanæ, ac peccato nuntium^a remitti mus, & Deo ac Christo, nos nostrâ que omnia ex animo dedicamus.

Doctor.

Et quid exorcismo consequimur?

1. Tertul. de
coron. mil.
Drig. hom.
2. in num.
Chrys. hom.
2. in 1. ad
or. Colos. 4.
Iug. de pec.
ner. & re-
niss. lib. 2. c.
4. Epis. 105.
umb. li. i. c.
de Sacr. &
a Exam. li.
.cap. 4.

Adolescens.

Testamur^a nos sponte ac natura iræ filios esse, Satanæq; obligatos, proinde ab Ecclesia pro libertate nostra orari, ac solennes illas adiurationes adhiberi.

Doctor.

Chrisma verò quid nobis adfert commodi?

Adolescens.

Hoc maximè, quod intelligamus^b hoc vñsu baptismi, in Reges nos ac spirituales Sacerdotes à Deo consecrari, idque vel ex ipsa Christiani nominis ratione, à cœlesti Christi vñctione profecta.

Doctor.

Sal verò, & saliuia, & vestis candida quid nobis significant?

a Tertul.de
spe&.Dyon.
Eccles.hier-
rar.Basil.de
Spiritu San-
cto.ca. 27.
Chry.hom.
de Adam &
Eua.
Aug.de nup.
& cōcup.li.
1.ca.20. Cōt.
Jul.lib.1.
De Symb.II.
1.ca.1.Amb.
de iis qui
myst.init.li.
1.ca.2.

b Tertul.de
Resurr.car.
& lib.1.cōt.
Marcio.Cle-
mens Mart.
7.recog. Cy-
pria.lib.1.e-
pist. 12.Cy-
ril.Hic rot.2.
& 4. cateh.
Orig.li. 5.ad
Rom.Chrys.
hom. 6. ad
Colos.Amb.
li.1. de sacr.
Basil. ca.27.
de Spiritu.
Sancto.

Adolescens.

Sale admonemur eam h̄ic nobis gratiam conferri, quę non minus animum à peccati corruptione tueatur, quām à putredine^a corpora sale vindicantur. At saliuæ significatio in eo est, vt summa grauitatem ac modestiam sermoni nostro adhibeam^o. Porro^b vestem candidam idcirco induimus, vt intelligamus eām nobis vitæ puritatem ac innocentia, quam per baptismum accepimus, esse retinendam.

Doctor.

Ita res habet. Sed cuius est tādem hoc Sacramentum administrare?

Adolescens.

Sacerdotum maximē. Si qua

^a Aug. de Trinit. lib. 15. c. 16. In 10. tr. & at. 33. Hieron. cont. Luciferia. Concil. Carth. 3. Can. 5. Amb. de iis qui my. In 1. c. 2. & lib. 1. de Sacra. ca. 1.
^b Dyon. Eccl. Hier. c. 2. Ambr. de iis qui my. In 1. c. 7. Soz. lib. 7. c. 17.

tamen necessitas vehemēter vr-
geret, nemo nō illud, seruato or-
dine ac Ecclesiæ voluntate, con-
ferre posset.

Doctor.

Etiāmne hæreticus?

Adolescens.

Et hæreticus quoque: modò ne
à forma ^b Ecclesiæ, eiūsque verbis
conceptis recederet.

Doctor.

Nihil ergo necesse erit pueros
denuo tingere, qui ab hæretico
ita tinti fuerint?

Adolescens.

Nihil planè. Sed parentibus id
satis esse debet, si ^c Pastorib⁹ quām
primum sistantur, vt ab eis tūm
manus impositionem, tūm etiam
reliquas, si sit opus, Ecclesiæ Ca-
tholicæ ceremonias recipient.

a Hilar. 16.
psal. 67. Cyp.
de bapt. Chri-
st. Tertul. de
bapt. Augu.
cont. Par. lib.
2. c. 13. cont.
Carth. 5.

b Aug. cōfr.
Cresco. li. 2.
c. 21. 29. & li.
2. c. 21. & 28.
De vnicō ba-
ptif. c. 9. Cōfr.
Dona. li. 4. c.
15. & 7. c. 25.
Leop. epist. 48.
& 50. Conci.
Cart. 1. Can.
2. & Concil.
Carth. 3.

c Aug. cōfr.
Donat. lib. 5.
c. 23. De Ec-
cles. dog. ca.
51. & psalmi
Concil. Car-
thag. Can. 2.
Euseb. Pont.
Can. 1.

LECTIO VI.

Doctor.

AGendum est secundo loco
de Confirmatione, Quid ea
est?

Adolescens.

Sacramentum, quo ij, qui iam
baptismo renati sunt, gratiam id-
circo accipiunt, vt cum hostibus
maxime spiritualibus possint in-
victi dimicare.

Doctor.

Asseris igitur esse Sacramētūm.

Adolescens.

Sanè. Nā & in eo sacrum Chris-
ma, ac ipsam manuum impositio-
nem pro signo exteriore agnoscim-
us, & formam sacris verbis cō-
ceptam habemus, & denique ef-
fectum ac vim, id est gratianū ex-

1. Ad. 8. c. 29.
1. Tertul. de
resurr. carn.
Clemens
Mart. epi. 3.
Dyon. Eccl.
Hier. 4. Eus.
Pöt. epist. 3.
Fab. Mart.
Iero. cont.
Lucifera.
Syp. lib. 1. c.
p. 12. De
iblur. pedū
Euseb. lib. 6.
c. 3. Eccl. hi-
stor. Amb. li.
c. 5. de fa-
tra. Basīl. ad
Amph. c. 27.
Aug. cōt. Pe-
nūl. li. 3 c. 102
De trinit. li.
15. c. 26. Leo
epist. 88. cōc.
Nice. c. 77.
Ead. ca. 48.
Melchiad. ad
episco. Thru-
s. Barnard
a Mala. vita.

Christi instituto pendentem, luculenter intuemur.

Doctor.

Est ergo huius ille auctor Sacramenti.

Adolescens.

Est: Nam & primus ille omniū (in huius rei vimbram) circuncis̄is hebræorū infantibus manus^a imposuit, Et non semel^b Apostolis noua gratiæ incrementa in ipso Spiritus Sancti aduentu promisit, Et illi demum hanc manus tinctis imponendi Ceremoniam, divini verbi^c ministerio ocupati, sepe studiosè occuparunt.

Doctor.

At hanc quam tu dicis Spiritus Sancti gratiam, nonne in baptismo sumus consecuti?

^a Mat. 17.b
Marc. 10.b
^b Mat. 23.d
Luc. 24.g
Ioan. 14.d

^c Act. 1.2
Act. 8.6.19.20

Adolescens.

Planè. Sed hoc Confirmatio-
nis vſu magna nobis eius fit ac-
cessio, vt animosius carni, mun-
do^a ac Satanæ obluctemur, eaque
nostris animis gratia, vi externæ
illius vunctionis infunditur, quæ
tām acriter pugnantibus est per-
necessaria.

Doctor.

Sed vnde tandem tu Chrisma-
tis vſum habes?

Adolescens.

Ex^b antiquissima, ac certissima
Apostolorum institutione, atque
adecò ex perpetuo veteris Ecclesiæ
vſu, ac traditione.

Doctor.

Et quis est huius Sacramentis
Minister legitimus?

^aTertul. de Refus. carn.
Basil. ad Amphi. ca. 27.
Cōc. Florēt.
Cōc. Tridēt.
Sess. 7. c. 7.

^bClem. Mar-
tyr. epist. 3.
Euseb. lib. 6.
ca. 3. Eccles.
hist. Dyon.
Ecccl. hier. c.
3. & 4. Fabiā.
Mart. epi. 2.
Tert. li. 1. cō-
Marc. Cypr.
Sermon. de
Carismat.
Melch. epist.
ad Episc. O-
rient. & Hi-
span. Aug. &
tra Donat.
lib. 3.

Adolescens.

Episcopus: & quidem solus, ^a tametsi graui aliqua causa ac necessitate imminente, munus hoc Sacerdoti quoque committi possit.

Doctor.

^a Act. 8. c
Euseb. Mar.
Epi. 3. Vrba.
Epi. 4. Dam.
Epi. 1. cap. 2.
Tolet. Con.
2. Carth. 3. &
4. Hier. cont.
Lucif. Con.
Floren.

Hoc ergo opinor vis esse persuasum, Confirmationem nostrā non eam esse simplicem ac nudā Ceremoniam, qua vetus olim Ecclesia, cum manuum impositione, pœnitentes denuò in communem consuetudinem reuocabat (id enim ad pœnitentiam potius referri debet) sed esse verissimum, ac suis omnibus constans numeris Sacramentum, Christi I E S V, auctoritate institutum.

*Adolescens.**Ita planè sentio.*

LECTIO VII.

Doctor.

Dic age, quod est tertium Sacramentum?

Adolescens.

Pœnitentia, seu quod idem est,
Sacerdotalis absolutio.

Doctor.

Cedo eius definitionem.

Adolescens.

Est Sacramentum, quo remittuntur, vel retinentur, soluuntur,
vel ligantur peccata, ea auctoritate^a quam Christus Iesus ita contulit Sacerdotibus, ut prius & diligenter de pœnitentis statu, & conscientia, singulatim cognoscerent.

Doctor.

Quæ porrò sunt in hac re dispicien-

a. Mat. 16. b.
18. c. Ioan.
20. f. Cyril.
in Ies. li. 12.
e. 56. Orige.
hom. 17. in 2.
Luc. in Le-
uit. Hom. 2.
& 8. in psal.
3x. Hom. 2.
Chry. li. 4. de
Sacerd. Idem.
Hom. 20. in
Genes. Aug.
Ench. c. 65. &
70. De Verb.
dom. serm.
8. Basil. Reg.
20. & ca. 98.
Amb. li. 3. c.
2. de Pœnit.
& contr. Ne-
nat. lib. 1. ca.
7. Hiero. in
Ethic. c. 10.

spicienda?

Adolescens.

Imprimis eam esse infirmitatis nostræ legem, ut quanuis iam in baptismo gratiam hauserimus ac iustitiam, peccato tamen aliquo quotidie ferè sordidemur, quo perpurgari in Christi sanguine toutes possimus, quoties legitime hoc Sacramento vtemur.

Doctor.

Quid præterea spicemus?

Adolescens.

Signum ac Ceremoniam externam Sacramenti, actiones nimis ipsas penitentis: Ad hæc b^a etiam formam verbis conceptis a Sacerdote expressam; ad absolutionem ex Christi lege reis imponendam.

^a Jean. 1. d.
Tert. lib. de
penit. Cyp.
de lap. serm.
5. Epist. ad
Noua. Chry.
in psal. 108.
Epip. heret.
59. Athanas.
ii. de blasph.
Marcus Ane-
cho. de Spi-
ritu Santo.
Anastas. An-
tioch. Olym-
pio. in Job.

b Can. Con-
fess. 1. Cano.
10. 2. Florēt.
generale.
Clem. Marc.
epi. 1. & li. a.
& 7. Apost.
constitut.
Euseb. epist.
ad Martinū.
Basil. in asce-
ticis & in
Reg. breviis.
ca. 336.

N

Doctor.

Quantum ex te intelligo, totam huius Sacramenti materiam refers ad pœnitentis officium, ad Ministri munus, & ad effectum ac vim ipsius Sacramenti. Quod est igitur Pœnitentis officium?

Adolescens.

Imprimis ut peccata sua agnoscatur, iisque vehementer indoleat ac gemat, ob eam maximè causam, quod nihil aequaliter Deus odit & detestetur, ac peccatum.

Doctor.

Quid tunc post hunc tam ingentem dolorem ac contritionem faciet?

Adolescens.

Vbi se reum agnouerit, Deoque supplex procubuerit; ad veniam

- a Psal. 50.8.
- Isa. 38.2.
- 4 Reg. 13.4.
- Niere. 26.4.
- 2. Reg. 12.4.
- Ezech. 33.6.
- 43. E. Ad. 3.4.
- 39.4.
- 2. Cor. 7.4.
- Tertull. li. 1.
- cõt. Marc. &
- de penit.
- Iren. lib. 3.6.
- 37. Cyp. ser.
- 5. de lapsis.
- Chrysl. in Ge-
- nes. ho 27. &
- hom. 4. & 35.
- In 2. Cor. 2.
- Clem. Alex.
- Stro. li. 4. & 6.
- Orig. hom. 2.
- Levi. hom. 2.
- In psal. 37.
- Aug. in psal.
- 50. & de pa-
- nit. cap. 10.

scelerum in Christi nomine im-
petrandam, componat se se ad tā
remissionem olytitudinē, quæ
expressa sacerdotis absolutione
conferri debet. ^{ad hanc} ^{etiam} ^{etiam}
actionē supetē ~~missa~~ ^{missa} est. ^{etiam} ^{etiam}
3 / Id potrō quia viā que auctoritatis
sacrae missio iover trāper
est veritata ~~adolescentia~~ iover ^{etiam}
4 / Verbum in quibus ipse propter servat
tandisserit. ^a Apostolos preorūm
que successores est allocutus. ^a Ad
cipite, inquit, Spiritum Sanctum,
quorum remitteritis peccata, re-
mittuntur, & quorum retinue-
ritis retenta sunt. Hæ proposita sunt
Ministri partes absolucionis.

Ministris to be Doctor. ^{ad hanc} ^{etiam} ^{etiam}
in summi ergo iniuriantes Sacer-
dotibus explicando, & eis coram

^a Tean. to. F.
Chr. vbi sup.
AUG. vbi sup.
Amb. si. 1. de
pcedit. Dia-
doc. de per-
fet. c. 100.
Anatol. An-
tioch. Var.
quest. Hesie.
in Leuit. Eu-
feb. 1. epi. ad
Marc. Athan.
vbi supra.

Scientia et omnis. nostra ratio aperte
richdae. *Ad hanc uero credidimus q*
uod dicitur in Adversaria. quod illud est

Ita planè alioquin enim quo pa-
sto ritè suo munere fungi pos-
sunt, & de causa statuere, quā non
accidit. dispergerant ē. Atq[ue] ut
legitimè vel soluant aliena peccata,
vel retineant, necesse est ut ex
ipso. (quādo ab alio non possunt)
reco confiteantur. conscientia statu-
do canticu. *Ad hanc uero credidimus q*
uod dicitur in Adversaria. quod illud est

Debentne omnes, omnia peccata
rà se commissa. Sacrorib[us] patet
facere. illi qui sunt de ecclesie
Ad hanc uero credidimus q
uod dicitur in Adversaria. quod illud est

Planè omnino. Sed ea tamē
que post iustam dismissionem
intendunt venire posthunc, & que

a. Louis. 4. 5.
4. 4. 2
Luc. 17. c
Iona. 11. c
Math. 3. c
AA. 16. 4
Iac. 5. c
Dyon. epi.
ad Demoph.
Clem. Mar.
epi. 1. Fab.
Mar. epi. 1.
Iren. lib. 1. c.
Prorgen. in
Beati hom. 2.
& hom. 3. in
c. 1. Tert. li.
de bapt. &
de penit.
Hiero. in Ec.
cluse. 1. 2.

conscientiam magis solent pre-
tione, vel indulgentiarum virtute,
quæ à summis Pontificibus au-
toritate ^c clauium exhiberi so-
lent, vel aliqua denique alia ratio-
ne perpurgātur, certū est locum
nobis aliquē post hāc vitam huic
conquirendæ puritati, ac inno-
centiæ destinatū esse, & is est quē
ritè ex oraculo scripturæ Patres.

^a Num.12.c.
^b Reg.24.b.
^c Exod.32.g.

^a Apoc.23.8.

^c Matt.17. 6
18.b
10.20.c
3.Cor.2.c
Coloss.1.d
Tert.libr.2.
ad vxor.
Cypr.libr.1.
epi.3.
Basil.can.54.
Chrys.libr.1.
de Sacerd.

omnes² Purgatorium nomina -
runt.

Doctor.

Sed quid huic interea rei Missa
prodeste potest?

Adolescens.

Quamplurimū. Vis enim e-
ius & efficientia eos omnes per-
tingit, qui baptismo tinti, & tan-
quam quædam Christi membra
defuncti sunt, opis tamen adhuc
egent nonnullius, vt eò quò aspi-
rant peruenire possint, iis interim
affecti poenis, quibus hoc sacri-
cio, aut statim omnino liberan-
tur, aut certè non parum quoti-
diè leuantur. Adde quòd non pa-
rum Ecclesiæ preces iis prosunt,
qui fide & charitate in eam, tan-
quam in aliquod corpus coale-

a. 3. Deut.
13. d. Math. 5.
d. 12. c
1. Cor. 3. b
Tert. de Ex-
ort. east. Do-
Monoga. ad
Vxor. Orig.
in Ierem.
Ad. Rom. li.
P. c. 11. Cypr.
lib. 1. epist. 9.
li. 4. epist. 5.
Greg. Nazia.
Orat. 7. Dyo-
nis. Eccles.
Hiere. ca. 4.
Chrys. hom.
3. ad Philip.
hom. 4. in 2.
c. Heb. hom.
ad Cor. 41.
Aug. li. 1. ca.
26. in Genes.
aduers. Ma-
nich. Enchi.
c. 110.
De cur. pro
mort. cap. 4.
Conf. li. 9. c.
21. 12. De Ci-
uit. 20. c. 9. &
li. 21. c. 13.
Amb. de obi-
tu fratribus &
de Abel. li. 1.
ca. 9. Epiph.
cont. Aeria-
nos.

fcunt.

Doctor.

Sed vnde istam indulgentia-
rum doctrinam nobis adfers?

Adolescens.

Ex ea voce qua Christus i e s u s
Petro claves Regni cœlorum cō-
signauit, quarum ea est auctoritas,
vt peccati non modò reatus, ve-
rūm etiam poena ipsa remittatur,
& illa quidem temporalis, debito.
tamen eius ex Christi & Sancto-
rum meritis ritè persoluto, si mo-
dò ad hanc sese gratiam recipien-
dam, Peccator, oratione, iejunio,
ac cæteris eiusmodi pietatis offi-
ciis, ritè componat: quæ res ad
mortuos etiam, licet ratione di-
uersa, peruenire solent.

LECTIO XVI.

Doctor.

CVm non ita multo antè dixeris, sacramētum hoc panis ac vini distincta specie cōfici, qui sit vt non nisi altera plebi ac vulgo Christianorum (quos laicos vocamus) in communione porrigitur?

Adolescens.

Illud imprimis cōpertum nobis esse debet, sacramentum hoc idcirco fuisse institutum, vt Christo maximè coaliti, ^a caro de carne & os de ossibus eius fieremus. Iam ergo cum in hoc eum Sacramento integrum, nec per quasdam partes dissectum esse, sed æquè vna ac vtraquè specie totum contineri credamus, fateri omni-

a Ephes.5.3
Iren.lib.5.
Hilav.8.4c
Trinit.

no necesse est ab eo tam Christū totum accipi, qui solā panis speciem, quam qui etiam vini absimit (diuidi enim nullo modo potest, aut per partes distrahi) neque eū minus diuinā carne nutriri, cū ipsaque ad salutem coalescere.

Doctor.

Atqui eius hæc verba sunt,^a Bi-
bite ex hoc omnes : An non om-
nibus æquè dicta fuerunt ?

^a Matt. 26.4
Marc. 14.4
Luc. 22.6
^b Cor. 11.1
Iust. Apolog.
2.

Adolescens.

Omnibus quidem: sed iis tamē solum omnibus, qui tūm in cœna cum ipso confederant (& ij certe statim audientes dicto, omnes ex eo ^b biberūt) eorumque deinceps auctoritatem retinerēt, quos omnes ut idem ipsi perpetuo facerēt, hæc lege constrinxit.

^b Marc. 14.6

Doctor.

Hoc verò quî tandem?

Adolescens.

Dixi non ita multò antè, my-
sterium hoc sacrosanctum, non
sacramenti solum, sed veri etiam
sacrificij loco nobis esse. Iam ve-
rò non ita omnes sacrificandi ius
habent veluti percipiendi sacra-
menti, sed cum istud sit omnium,
illud certè^a Apostolis & eorum
vicariis solum debetur. Cum ergo
Christus illis edixit, ut ex hoc om-
nes biberent, hac illos lege perpe-
tuò deuinxit, ut & distinctè offer-
rent, & oblata etiam distinctè ab-
sumerent, in viuam eius necis re-
cordationē, quæ sanguinis à cor-
pore separatione perfecta est. Po-
pulares verò & ij quibus nullum

^a Matth. 26. d.
Ioan. 20. d.
Iren. li 4. ca.
34. Iust. apol.
2. A& 13. c.
Chrys. 3. de
Sacer. Amb.
lib. 4. de Sa-
cram. Dyon.
vbi sup. Hie-
ro. cont. Lu-
eif. Dial. 2.
Basil. orat.
funeb. pro
patre.

tale

cale munus incumbit satis libere
se putet ad salutem, si per manus
Sacerdotum ac eorum ministerio,
Sacrificio communicet, quæ
cunque tandem ex duabus, pro
more Ecclesiæ speciebus illis por-
rigatur.

Doctor.

Nullam ergo populo fieri cen-
ses iniuriam, si altera tantum spe-
cie Sacramentum præbeatur?

Adolescens.

Nullam planè, neq; enim vnius^a
magis quam vtriusq; communi-
catio sacris literis præcipitur, & in
tota administrandæ Eucharistiaæ
ratione, iudicio ac sententiæ Ca-
tholicæ Ecclesiæ, quæ quid sit in
quouis rerum genere optimum,
rectè dispicit, assentiri debemus.

a 10.5.6. ad
1. Cor. 10. d
A& 2. b
Luc. 24. e
Cœci. Ephe. 3
Tert. de co-
ro. Mil. li. 2.
ad Vxor. Eu-
seb. Eccl. hi-
stor. I. b. 6. ca.
34. Amb. de
ubit. Satyri
Cyp. l. c. m. 5.
de Lap Aug.
de consens.
Euag. Cœci.
Cōstant. I. c.
dem. I. eff. 5.
cap. 3.



LECTIO XVII.

Doctor.

A Gè verò, quid censes de sacræ Eucharistiæ adoratione?

Adolescens.

Sanè cùm ex fide eerto nobis constet in hostia ritè consecrata verè Christum esse, necesse est eū omnino Deum ac hominem ibi sanctè adorari: neque enim aliò spectat illa hostiæ publica & solēnis ostentatio.

Doctor.

Quur vero in Templis illum adseruamus?

Adolescens.

Id ob summam tūm vtilitatem, tūm etiam necessitatem, imprimis quidem vt fideles Christi hoc invisiibili certè, sed tamē sua-

Dion. Ec.
le.Hier.c.2.
Kryf.lib.3.
e Sacerd. &
lom.24.
ad Cor. &
lom.61.ad
Top.Autioç.
e in Liturg.
Aug.li. 20.c.
3.cõt.Faust.
e in psal.98.
pisto.120.
tafil.de Spi-
itu Sædo.c.
7.& in Li-
urg.Ambr.
ib.4.de Sa-
ram.psal.71
ibi omnes
ere Rabbi-
ui,

ui ac cœlesti Domini ac Dei sui
præsentia recrecentur: deinde ut
in promptu habeant ægroti via-
ticum, ex hac vita in cœlum emi-
gratnri.

Adversus doctorum sententias

Non illum ergo arculis & pe-
netralibus tāquam quodam car-
cere inclusum tenemus,

Adversus Adelphiens.

Minime, tam enim liber est in
Sacramento ad omnium nostrum
alimoniam, quam est in cœlo, li-
cet alio modo, ad nostram glo-
riam.

Adversus doctorum sententias

Censes igitur Christum, reipfa-
-ac verè, sacris elementorum spe-
ciebus contineri, vel extra ipsius-
vum Sacramentum?

Et sic figura Mænz. e.
16. Erod. &
Panes pro-
pos. Lcui. 24.
Iust. Apolog.
21. Tert. li. 2.
ad Vxor.
Dionis. ad
Demoph.
Euseb. Eccl.
13. 4. c. 4. & li.
7. c. 34. Cyp.
ser. 5. de Lap.
Niceph. lib.
12. ca. 19. &
13. 37. Chrys.
epist. ad In-
nocent. Aug.
de Visit. in-
firm.

Adolescens. *Adolescens.*

Censeo maximè: propterea quòd cùm huius veritas Sacra-menti non in usu veluti cætera, sed in ipsius elementorum sub-stantia mutatione consistat, con-sequens est ut tam diu externis il-lis speciebus diuinum corpus cō-tineatur, quamdiu sanas ibi ac in-tegras species intueretur.^a

Dector.

Non potest ergo hæc veritas, vel interire, vel aliqua alteratione immutari?

Adolescens.

Non. Est enim ea ipsa Christi caro, immortalis, diuina, nulli iam mutationi aut interitui ob-noxia. Species ^b quidem ac signa Sacramenti mutari possunt, &

^a Chrys.
Hom. 61. ad
pop. Antioc.
Hom. 3. ad
Ephes. Hom.
17. ad Hebr.
Hom. 28.
1. ad Cor. &
canones ve-
terum Con-
ciliorum.

^b 1. Cor. 15. d
Cyril. & Aug.
in Ioan. & in
serm de ver.
dom. Hiero.
in epist. ad
Ephes. c. 3.

interire: sed tūm dicemus sub iis
neque corpus Christi latēre, ne-
que vllam rationem Sacramenti:
ibi amplius habendam esse.

Doctor.

Suntne omnes omnis generis
homines citra discriminem ad hoc
cœlestè mysterium admittendi?

Adolescens.

Non sanè. Nam neque lege no-
stra, infantes pueri, cæterique,^a ra-
tione non vtetes, neque Ethnici,^b
Hæretici, ac ne ipsi quidem Ca-
tholici vel flagitiis infames, vel le-
gitimis Ecclesiæ censuris constri-
cti, admitti possunt.

Doctor.

Nullane animi conscientiæq;
disquisitio est iis cōstituta, qui ad
hoc diuinum corpus accedunt;

- a. Cor. 11. d
- Cōcil. Trid.
- b. 1. Cor. 5. 4
- Tert. Apol. c.
- 19. Chrys.
- Hom. 51. &
- 60. ad pop.
- Antioch. &
- 17. ad Heb. &
- Hom. 13. 11
- Mat. & Hom.
- de non con-
- temnē. Eccl.
- Sother. can.
- 4. Cypr pas-
- sim & Hif.
- Eccle.

Q. iii

Adolescens.

Est: Fide imprimis certa; ac minime hæsitantia: deinde dolore animi ac peccatorum contritione vehemēti opus est: Tertiō perfectam atque modestam exigim⁹ cum Sacerdote cōfessionem, sed & precibus, b. ieiuniis, ac ceteris eiūmodi pietatis officiis, quæ nobis rite nostra estimantibus occurrent, veluti constipamur.

Doctor.

Et quoties hoc coelesti alimonia vesci debeimus?

Adolescens.

Sanè si quis recte intellexerit thesaurum hunc esse bonorum ac diuitiarū omnium spiritualium, Cibum item hominē in spe salutis alentem, Nouerit etiam nul-

a. Cor. 11. d.
Hebr. 11. b.
Amb. Orat,
propatri.

b. Cyp. li. 3.
epi. 14. & de
cœn. dom.
Basil. in Reg.
Nicepho li.
xi. c. 34. Aug.
li. 2. de Fide
& Oper. c. 6.
De bapt. cōt.
Dona, li. 5. c.
2. & Tract. 50.
in Ioā. & ser.
de tēp. 2. 17.
Chrys. Hom.
in Matt. 5. 1.
52. 8. 3. Hom.
6. & 6. ad
pop. Antiec.
Hom. 30. in
Genit. Hom.
24. 1. ad Cor.
& 27. & 28.
c. Ioan. 6. c.
Cyp. de cœn.
dom.
d. Chrys. vbi
supra. psalm
in Ioan. 6. a.
In Psal. 43.
Aug. in Ioā.
Tract. 16.

lām nobis certiorē esse in aduersis fiduciā, nullū ad ignoratiā cāliginē discutiendā lumen præstātius, nihil nos æquē in^a pugna hāc hostili animare, nullum denique præclarioris animorū nostrorū inter se vinculū, eum fateri necesse, nihil esse eximius frequentissimo sacramēti huius vſu. Nam etſi nō amplius quām ſemel eo vefci lege teneamur, veteris tamen & Apoſtolicæ illius Ecclesiæ^b mos longè fuit utiſior, & magis cōmēdatus.

a 3. Reg. 19.
1. Cor. 10.
Iust. quæſit.

44. Cypr. de ex-
hor. ad Mart.
De ſing. cle.
& de Cœna
domi.

Chryſ. lib. 1.
de Sacerd. &
homil. 60. ad
Pop. Antioe.

Dion. ecclie.
Hier. ca. 7.

Basil. Liturg.
Aug. in Ioā.

6. & Cyril.
ibid. Iren.

lib. 5.

b A&. 2. c
Iust. apol. 2.
Tertul. apol.

ca. 39.

Aug. epi. 1. 18
De eccl. dog.

cap. 53.

Hiero. epift.
ad Luciū.

Chryſoft. he.

61. ad popu.
Antioche. &
homil. 17. ad

Hebr.

Horn. 3. ad E-
phes.

Homil. 28. ad

Cor.

De hoc fa-

cificio vide

Hypol. de

confusm.

LECTIO XVIII.

Doctor.

A Ge iam veniamus ad ſacra-
mentum quod quinto tu lo-
Q iiii

Paulium epi. 6. Theodore. dial. 3. Occume. in epiftol. 3. ad Hebr.
Euthym. in 26. Matth. Cassiodo. lib. 7.

248. DE SACRAMENTIS
co posueras, quo nomine illud
appellari solet?

Adol.

Extremæ vñctionis, aut si ma-
uis, Olei sancti.

Doctor.

Cedo eius definitionem.

Adolescens.

Est in hoc imprimis (hęc enim
viam nobis ad definitionem ster-
nent) Sacramento, signum illud
exterius & aspectabile^a sacræ vñ-
arc. 6. e
b. 5. d
r. lib. 2.
6c.
tionis à Christo i e s u institutū:
ad huius verò perfectionem Sa-
cramenti, verbum quoque ha-
bemus à Sacerdote disertè ex-
pressum.

Doctor.

Quis tandem est horum om-
nium effectus?

Adolescens.

Is est duplex. Nam & anima peccatorum suorum onere, ac vitiorum morbo leuatur, & ægro quoque corpori vel abscedit om nino languor, salute, si profutura est spiritui, restituta, vel certè accedunt vires ad vim ac molestias morbi constantius preferendas.

Doctor.

Quid præterea?

Adolescens.

Magnum inde robur accrescit spiritui, vt aduersus salutis suæ hostem fortius possit dimicare.

Doctor.

Solis ergo ægrotis debet hoc sacramentum adhiberie.

a Tertullia.
ad scapulam
Hieron. in 6.
Mar. Aug. de
Visit. infirmis.
lib. 1. cap. 4.
Chrys. lib. 5.
de Sacerd.

Adolescens.

a Marc. 6.6.
Jacob. 5.6

Planè. Nam ea fuit itnprimis^a Apostolorum cōsuetudo, tamet- si non eò debeat vſque hæc cœ- lestis medicina differri, dūm nul- li amplius in homine sensus vi- geant, eorumq; nihil possit percipi- pere quę illi suggerūtur. Sed mul- tò satius est magis, tēpus aliquod anteuertere, vt ipsi tū rem ipsam intelligēti, tūm iis quæ à sacerdo- te proponuntur, auscultanti, hæc tota res vtilior esse possit.

Doctor.

At cūm non semper ægro sa- lus hoc vunctionis sacramento re- stituatur, imò vitam etiam cum morte aliquando piè vngtus com- mutet, quo pacto effectum & vim suam semper exercit?

Adolescens.

Probè. nam cum hoc in ægo
pœnitente sit præcipuum, vt pec-
catis si quibus vinclis sit soluatur,
eorum fit hîc illi imprimis remis-
sio. Et licet non ita salus repente
redeat corpori, sensim saltem &
suo tempore sâpe restituitur, do-
lore ac molestia ægritudinis non
parum quotidie imminutis.

a Innocent.
1. epistol. ad
Decentium.
Augustin. de
regul. carbo.
conuersat.

Doctor.

Censes ergo nullo ad vim ac
naturam Sacramenti huius con-
stituēdam, exteriore ac visibili sa-
nitatis miraculo opus esse, quod
primus ac maximus fructus qui
spiritui confertur, in eo sit specta-
dus.

Adol.

Ita omnino, præsertim cum gratia quæ sacramentorum usu conferri solet, animos imprimis pertingat, tametsi & ad ipsa usq; corpora iam olim in veteri Ecclesia, fidei stabiliendæ ergo, perueniret: quod etiam fieri hoc tempore solet nonnunquam, iis præsertim in locis ac populis, ubi religionis nostræ fundamenta iaciuntur.

Doctor.

Præclarè, ac ex his proinde huius definitio sacramenti minimo negotio elicetur. Est enim sacrametum quo Deus, signo uictoris exteriore, corpori salutem, & animæ gratiam elargiri solet.

*Adolescens.**Sic est.*

ugust. li.
contra
flum ca.
rad. 20.
oan.
scob. vbi
a.
ronym.
f. eccl.
.li.2.c.4.
pit. in vi.
art.ca.2

Concilium
rent. ge-
rale. In-
tent. ibid.

LECTIO XIX.

Doctor.

IAm ut de Matrimonio disseramus, quid illud est?

Adolescens.

Est sacramētum quo communī cōsensu data mutuō acceptā que fide, vir & mulier cohabitāt, ut prolem ad Dei gloriam suscipiant.

Doctor.

Vnde verò ostendis esse sacramentum?

Adolescens.

Est in eo imprimis ceremonia à Deo instituta, pactum videlicet ac promissio quædam inter virū ac mulierem (seruata perpetuō affinitatis ac consanguinitatis distinctione) ^a data & accepta inui-

- ^a Genes. 2.4
Matt. 19.8
Marc. 10.2
Ephes. 5.5
1. Cor. 7.8
Heb. 13.4
Aug. de Genes. ad literam.
De bono cōjugij. ca. 24.
De peccati orig. c. 34.
lib. 2.
De nuptiis & concupis. lib. 1. cap. 10. & 11.
Ambros. in epi. ad Ephe. cap. 3. & 1.
Cor. 7.
Hiero. ad Amm. in epi. taph. Fab.
Christof. hem. 7. in Mat.
Orige. in. 5.
Matt.
Leo epi. 9. ad Narbonens. episcop.
Concil. Trident. sess. 2.

cem tūm corporum, tūm etiam bonorum facultate, adhibito sacerdotis etiam ministerio.

Doctor.

Ecquis erit effectus deinde verbo ac promissione diuina confirmatus.

Adolescens.

Eā ipsā, quæ ibi intercedit, gratia, tūm ad^a mutuam inter coniuges fidem conservandam, tūm ad prolem prudenter instituendam, tūm etiam ad pacem ac dilectionem inter se retinendam, & postremo ad vniōnem Christi & Ecclesiæ arctissimam significandam: quæ vt sine singulari ac magna gratia fieri non potuit, ita sine hac quoque diuinitus infusa, sibi ipsis nō desint, Matrimoniū.

a. Ephes. 5.7
Hilar. 8. de
Trinit.
Cyril. in Io.
an. 6.

inter fideles, iniri non potest.

Doctor.

Recte, Sed debetne esse perpetuum hoc tam præclaræ conjunctionis vinculum?

Adolescens.

Debet, atque ita sanè vt eo iam omni ex parte cōsummato, nūlla vñquam ratione alter ab altero inuitus dimitti possit, excepta fornicationis causa, quæ tamen non eos ita dirimit ac distrahit, vt alter altero superstite, coniugium recens inire queat legitime. Sed vel inter se mutuo concilientur, vel certe perpetuò cœlibes permaneant.

Doctor.

Eritne igitur Matrimonium inter infideles ipsos ac hæreticos

- a Matt. 19.8
- Mar. 10.8
- c Cor. 7. b &c
- Luc. 16. c
- Rom. 7.8
- Augu. de bo-
no cōiug. ca.
7..15.18.24.
- De fide &
operib. ca.8.
- De nupt. &
concipi. ca.
10. de adul.
- coniug. 11.2.
ca.5.6.
- Tertullia. 4.
contra Mar-
cio.
- Orig. homil.
7.10 Matt.
- Hierony. in
epitaph. fab.
- Caso. apost.
47.
- Innoc.1.epi.
2.&4.
- Leo epi.77.
- Conci. Elib.
ca.1.
- Mileuit. c.17
- Conf. ca.87.
43.
- b 1. Cor. 7.

mutuo contractum sacramētum?

Adolescens.

Verum quidem erit ac legiti-
mè contractum matrimoniu, nō
tamē sacramentum. Neque vero
cum viro hæretico mulier catho-
lica, aut contrà, ^a fine summo sce-
lere potest copulari. Quod si for-
tè alter cōiugum, qui hoc vincu-
lum dūm infideles essent, inierūt,
ac diu vna vixerunt, ad fidē Chri-
sti accederet, ab altero quidem
potest distrahi, si aut sine suæ sa-
lutis periculo ei cohabitare non
queat, aut ille ipse velit ab eo dis-
cedere. Sed si neque vlla iactura
animorum ex hac consuetudi-
ne timeretur, & spes aliqua infi-
delis in Christo lucrificiendi
affulgeret, debet qui fidelis est li-
benter

^a Tertul. de
monog. &
August. de
serm. domi-
ni. li. 1. ad
pollent. c. 6.
& 19.
Can. 15.16. &
Milevit. cō-
cil. Tridenti.
Ieff. 8. can. 7.

benter^a in eo vitæ genere permanere. Quodcunquè tamen inter hæreticum atque catholicum fidei ac religionis ergò diuortium fiat, neuter coniugum altero superstite ad nouas nuptias transire potest.

Doctor.

Vna ergo simul vxore virum, & vno vxorem viro cōtētum esse oportet?

Adol.

Maximè^b, alioqui sane noui testamēti mysterio ac dignitati fieret iniuria.

Doctor.

Estnè porro vna ineundi Matrimonij lex omnibus imposita?

Adolescens.

Minimè, est enim corum status

R

^a 1. Cor. 7. e
Afferius epi-
sola Ama-
nx. Hom. in
agent. di-
uore.

^b Ephes. 5. d
Tertiu. de ex-
hort. cafris.
Concl'. To-
let. 1. Augu.
de ciuit. &
de bono cō-
ing. c. 18.
Hierony. in
c. 19. Matth.
cōtra Iouin.
li. 1. & Theo-
phil ibid.
Chrys. Hom.
63. in Matth.

præstantior qui virginitatem ac
cœlibatum profitentur.

Doctor.

Licet ergo cuiuis Matrimonio
vel vti, vel abstinere?

Adolescens.

Licet, modò ne votū aliquod,
aut quippiam eiusmodi libertatē
nuptiarum interceperit, esset e-
nim tūm per summū Sacrilegij
facinus fidem cum Deo initam
frangere ac labefactare.

Doctor.

Sed cùm eiusmodi vota ma-
iora sint viribus humanis, nūquid
temeraria censerri debent?

Adolescens.

Non planè: quòd is qui conti-
nentem ac cœlibem vitam Deo
vouet, id auspicatur non virium

a. 1. Cor. 7. e.
Aug. de bo-
ne viduit. e.
8. 9. 10. Cōci.
Nice. c. 3. 4.
15. 16. Cypr.
Ii. 1. epi. 2. 11.
Orige. Hom.
17. in Luc.
Aug. de bo-
ne coniug.
& de adulte-
coning. Ii. 2.
e. 16. & 10.

fiuarum ac labilis ope naturæ fre-
tus, sed ipsa ^a Dei gratia ac Chri-
sti i e s v liberalitate ac beneuo-
lentia confirmatus.

Doctor.

Quid igitur fieri debet carne ad
malū prouocante? Nunquid tūm
melius est nubere quàm vri?

Adolescens.

Non est ille dicendus vri, qui
incensos cōcupiscentiæ æstus, ie-
junio, eleemoyna, oratione, ac
cæteris virtutum rerūmque cœ-
lestium studiis restinguit, vti ~~nam~~
alibi dictum est.

LECTIO XX.

Doctor.

SVperest modò vt de ordine
discipulius.

Rij

Digitized by Google

- ^a Eccl. 23.8
- 1. Cor. 10.6
- Ambrof.ad
- Virg.lapfam
- c.4.Hieron.
- aduers.louini.
- ad Deme-
- triad.& Eu-
- sto.(Chryse.
- in 1. Cor. 7.
- Greg.Nazi.
- Hom.de Eu-
- nuch.Greg.
- Niss.Ado-
- lym.& li. do
- Virg.c.8.& 9
- Procopius
- gaz.comm.
- in prouerb.
- Cyri.Hiere.
- Catech.7.
- Epiph.cōtra
- Cathares.

Adolescens.

Ita: quem vltimo ideo laco numerauimus, quod ceteris fuerit sacramentis administratis à Christo in Ecclesia institutus.

Doctor.

Habesne aliquam eius, quam proferas, definitionem?

Adolescens.

Habeo. est enim Sacmentum quo suam Deus gratiam nonnullis in Ecclesia ad communem eius utilitatem elargitur, cum ea, quae in eo munere requiri solet, auctoritate ac potestate.

Doctor.

Doce porro hoc esse sacramentum.

Adolescens.

Habemus in primis ceremonia-

* Mate. 28. d.
2. Cor. 12. c.
Ephes. 4. d.
Ioan. 20. c.
Clem. ep. 3.
Leo ep. 81.
Aug. cōt. epi.
Parm. lib. 2.
c. 14. Chrys.
3. & 6. de Sa.
cerd. Hiero.
in Lucam
Eccl. Florēt.

niam illam Christi aspectabilem insuffandi,^a cū veteri illa & Apostolica^b manuum impositione, ac nonnullis aliis rerum signis exterioribus, quæ gratiam ibi diuinam adūbrant: accedunt & verba concepta quæ ab Episcopis expressa verum conficiunt sacramentum, quo Sacerdotes nanciscuntur legitimam auctoritatem,^c tūm cōfecrandi corporis & sanguinis Christi, tūm peccata^d etiā remittendi, retinēdique, tūm denique nonnulla quædam alia Sacramenta administrandi, & diuinam populis legē^e explicādi, prout cuiusq; ordinis & gradus ratione.

Doctor.

Quid ergo? plurēsne sunt huius Ordinis gradus & ordines?

R. iij

- ^a Act. 6.6.8.c
3.2.19.a
- ^b 1.1 Timot. 4.d.
5. d
- ^c 2.1 Tim. 1.b
Tit. 1.1.a
b Matt. 26.b
Luc. 22.a
Mar. 14.b

- ^c Matt. 18.c
Ioan. 20.f
- ^d Matt. 28.d
Mar. 16.
- ^e Act. 20.d
1.Corin. 4.2.
13.e
Ephes. 4.c
1.Timot. 4.2.a
e Mar. 16.b
18.c
Luc. 22.a
Marc. 14.b
Heb. 5.a
Chryſ. 3.de
Sacer. Hom.
56.ad pop.
in Matt. Hamil. 51. ibid.
Hom. in 2.
Tit. Aug. vbi
supra & Hieron. in 6.ca.
Soph. Conc.
Trident. sess.
7. & Concil.
Calced.

Adolescens.

Sunt: omnium tamen præstantissimus est ipsum; quod vocamus Sacerdotium.

Doctor.

Quid ita?

Adolescens.

Quod sacerdotum ^a sit munus unicum ac singulare, tum corporis ac sanguinis Christi sacrificium perficere, ^b tum etiam remissionem peccatorum impetrari.

Doctor.

Quem porro ceterae tum maiores tum minores huius ordinis functiones usum habent in Ecclesia?

Adolescens.

Maximum, sic enim sunt gradus quidam ac dispositiones ad

a Ignat. epi.
Rol. 8.
Chrys. homi.
60. & 90.
ad popu. Antioch.
Ambros. epi.
33.
Dionys. eccl.
hierar.
cap. 3.
Tertullia. de
præscrip. her.
retico.
b Cyp. li. 2.
epi. 5.
Socr. li. 3 et.
22.
Tertul. li. de
præscript.

sacerdotij ordinem, vt nemo in eam dignitatem tam excellenter assumi debeat,^a nisi qui multum diuque in omni virtutum genere sit versatus.

Doctor.

Age, hos iam nobis ordines pro cuiusque dignitate & gradu enumera.

Adolescens.

Primus^b est Ianitor, secundus^c Lector, tertius^d Exorcista, quartus Acolytus, quorum præter alia multa, hoc est etiam munus, fidelium ad sacra conuenientium multitudinem ordinare, & sacerdotibus ac episcopis etiam multis in rebus præsto esse.

Doctor.

Cæteri verò qui vocantur?

R. iiii

^a Concil.
Cartha. 4. &
7. & Concil.
Trident.
Caius scri-
ptor.
August. epi.
62.
Author ar-
gum. in epi.
ad Thess.
Gregor. Na-
zianze. mon-
od.
Basil. Sofi. ad
Iust.
Euseb. lib.6.
cap.20.
Epiph. hære-
si. vltim.
^b c.d. Cypr.
lib.2. epi.10.
lib.3. epi.21.
& 22.
e.f.g. A&O.
6.b
^c Tim.3. b
Clem. epi-
scop.3.
Orige. tract.
95. in Mathe.
Chrys. hom.
cont. concu.
Cyp. lib.2.e-
pist.8.
Amb. in epi.
ad Ephes.
Concil. Tri-
fess.7.&8.

Adolescens.

Subdiaconus,^f & Diaconus,^g quorum est tūni sacris Eucharistiae mysteriis adesse tāquam ministros, tūm etiā populis Dei verbū prædicare, & quædam alia sacramenta, vbi deest sacerdos, quorum vltimus & maximus est gradus, porrigere.

Doctor.

Quid? nonne omnes inter se pares sunt Ecclesiæ sacerdotes?

Adolescens.

Sunt quidem sacrificandi auctoritate inter se pares, sed in animarum gubernatione ac iurisdictione non item. Nam cùm in sua Christus Ecclesia varia functionū genera instituerit, nimirū

Apostolos, Episcopos, Diaconos,
 & alios id genus, pro cuiusq; statu
 ac lege ad huius sui operis perfe-
 ctionem, æquum est ut hic ordo,
 & hæc distincta series diligenter
 vbique retineatur.

Doctor.

Quinam igitur tandem erunt
 illi, quos in auctoritate Ecclesiæ
 gubernandæ cæteris omnibus an-
 teponis?

Adolescens.

Episcopi, qui tanquā veri ac le-
 gitimi Apostolorum successores,
 reliquis Ecclesiæ ordinaibus longè
 eminent. Quibus tamen omni-
 bus antecellit^b Romanus Episco-
 pus, Christi, vt iā dictū est, in ter-
 ris vices gerēs, Petri Apostolorum
 Principis locum tenens, atq; di-

a. b. Ioan.
 20.1
 1. Cor. 4.4
 1. Tim. 3.2
 4.c.5.a
 Ad. 20.6
 Tit. 1.c.1.b
 Chrys. 3. de
 faceret.
 Ambros. In
 cap 5.ad Ti-
 mot.1.
 Cyp.lib.1.e-
 pist.9.
 Hiero. contra
 Luciferian.
 epist. ad Ru-
 sticū, & pag.
 36.supra.

gnitatem.

Doctor.

Recte, non omnes ergo sacerdotes sumus?

Adolescens.

Non sanè, ea ratione ut ex a quo omnes vel dona ac sacrificia externa offerre , vel sacramenta administrare possimus , id enim muneric est ac status à Deo in Ecclesia de industria collocati. Alioqui si ad spiritualia quidem sacrificia, qualia sunt Orationes,^a Laudes, Gratiarum actiones , ac corporis etiam mortem, & alia eiusmodi quæ ab omnibus passim exhiberi possunt, respiciamus, recte Sacerdotes nominamur omnes,^b ac sumus.

^a Phillip.
3.c.4.d
Heb.13.c
Rom.2.a

^b 1.Pet.2.2
Apo.1.b.5.c
Basil. Ser. d
Bap. 2. c. 8.
Augu. 20. de
cau. ca. 20.

Doctor.

Debetne clerus omnis cœlebs
esse, & castitatem obseruare?

Adol.

Debet quando ea se lege Deo
Optimo Max. eoque se vinculo
sponte obligauit, ^a vt dictum est.

LECTIO XXI.

Doctor.

Sed possuntne ab impio & fla-
gitioso homine, catholico ta-
men, tum Sacra menta omnia ve-
re administrari, tum etiam verbū
Dei legitimè prædicari?

Adolescens.

Possunt. Neque enim Sacra-
mentorum vis ac dignitas ex ho-
minum vel pietate vel nequitia,
sed ex Christi instituto, pendet.

a Tertul. de
mono. Chry.
lib. 2. de pat.
Iob. homi. 7.
in Mat. Hier.
cōtra Iouin.
ad pāmach.
Ambros. off.
lib. 1. cap. 50.
in epi. ad Th.
& ad Timot.
hist. tripar. l.
9. c. 35. aug.
confes. lib. 6.
c. 3. li. ad peL
c. 14. Concil.
calced. c. 26.
Euseb. enag.
demōk. li. 1.
cap. 9. Philo.
Alex. libr. de
ebriet. Cyr.
Hieros. cate-
ch. 7. Greg.
Nis. libr. de
virg. Epiph.
cōtra cartha.
Gōc. Cartha.
2. can. & 3.
ca. 2. & 25. &

Et ^a sicut nummus Principis auctoritate percussus quamuis ab eius hoste contrectetur, valor tamē illius semper idem est, ita flagitiorum hominum^b ministerio, Sacramenta à Christo I E S V instituta, vim suam ac naturam nequam amittunt.

Doctor.

Quid igitur a nobis fieri maximè decet ^c si quos in Ecclesia sacerdotes, ac episcopos nequā, ac moribus depravatos intueamur?

Adolescens.

Orandus imprimis pastorū ille Princeps I E S V S, tūm vt his saniores mentem restituat, ^d tūm etiā vt magis idoneos ac diligentes aliquando Ecclesiæ suæ præficiat. Cæterum illud maximè omnium

a Mat.23.8
Phil.1.c.Gy-
pria. de p. 6.
Christi de-
cēna domi-
ni.aug. cōtra
Cres. 20.cōl.
Petri. lib.1.e
54.cōl.dona.
Itd.5.c.20.e-
pi.16.in Pia.
20. Ambr. li.
a.de spi. san.
Chrys. hom.
8.in 1. cor.1.
b Hieron.in
Ezech. 33.8
34.2
Mat.9.d

c Num.13
Exod.22.d-
Psal.1c4.a
1.Paral. 16.c
Act.23.4
3.Iean.c

d Esa.3.b
lob.12.d
Eccl. 20.c
34.d
Hierony.in
Bla.c.3.

cauere debemus, ne vel eorum vitam conuiciis incessamus, vel aduersus eos maledictis excādescamus, sed paci ac bono omnium studentes, cogitemus vitia s̄epe a populorum, nequitia ac improbitate pastorum à Deo iustè vindicari.

Doctor.

Praeclarè dictum, & profecto nostra fere semper culpa fit, quòd in eo genere bonorum, nobis aliquando à Deo irato non rectè prouideatur. sed tamen eos omnes qui nescio quo verbi Dei titulo, ac specie nescio qua docendi, nulla maiorum auctoritate aut more Ecclesiæ vocati, pastorū mus occupant, debemus vehementer vitare, atq; adeò execrari. Sed

- a Deut.13.8
- 18.d
- Iob.34.4
- Hiero.28.2
- Ioan.10.4
- Mat.24.4
- Rom.16.4
- Gen.1.
- 2.Thess.3.4
- Tit.3.4
- 3.Tim.4.4
- 2.Pet.2.4
- 1.Ioan.2.4
- 4.2
- 2.Ioan.4
- Iren.lib.4.c.
- 43.
- libr.3.4.2. &
- 44
- Tertull. de prescript. heret.

estne aliquid quod dicas amplius?

Adolescens.

Nihil præterea: Nam satis ut
puto ostendi summam Religio-
nis nostræ in eo imprimis esse, ut
Dei intelligentiam consequamur:
quo loco multa de fide ac symbo-
lo disputauimus. Deinde docui quæm
accuratè eius voluntati morem
gerere debeamus, & tūm ego de
lege & bonis operibus differui.
Tertiò de oratione tractatum est,
& ea potissimum, quam Christus
nobis ipse tanquam formā oran-
di gratiamque impetrandi certif-
simam reliquit. Postremò de Sacra-
mentis sum locutus, quæ sunt
tanquam instrumenta ac vasa qua-
dam eius gratiæ, quæ à Christo
missi, auctore legitimo, eorum

• Cap. 1.

• Cap. 2.

• Cap. 3.

• Cap. 4.

vſu ac perceptione nobis instilla-tur.

Doctor.

Planè: ac proinde illud accura-tè explicatū est, quod ex Aposto-lo initio, adduxisti.^a Accedétem inquit, ad Deum oportet credere quia est, & quia inquirentibus se remunerator est. Id vnum super-est maximè ut quantum poteris ad ea quæ sunt & virtutis & do-trinæ, ista tua ætate, ac inde quām maximè contendas.

Adol.

Faxit I E S V S Christus, vt hæc iam suscepta studia ex voto mihi omnia aliquando tandem euc-niant. Amen.

FINIS.

E R R A T A S I C
corrigantur.

Pag. 14. linea. 1. dele. cuiq[ue], 15. linea
4. lege singulatim. 45. l. 8. Ecclesiam. 55. l.
10. Christo ~~1~~ & sv iunctim. 69. l. 13. di-
stinentur. 75. l. 11. vni Deo. 81. l. 2. des-
pere omnino. 105. l. 1. præclarū. 126. l. 15.
facimus. 128. l. 6. singularis. 133. l. 9. illis.
139. l. 3. arbitris. 140. l. 15. qui rudes. 189.
l. 16. usurparunt. 211. l. 11. affingenda. 225.
l. 19. illis. 230. l. 1. sit explicata. 246. l. 13.
hac cœlesti.

B R E V I S
CHRISTIANARVM
Precum methodus, quoti-
dianis vitæ actionibus
accommoda.

Oportet semper orare, & nunquam
desicere. Luc.2.

L V T E T T I A E.

*Apropt Sebastianum Niuellum, in via
Iacobæa, sub Ciconiis.*

I 5 6 8.

C V M P R I V I L E G I O R E G I S.

Emondus Augerius Lectori,

S. D.

TSSI decreueram nullas latino Catechismo precationes adnectere latinas, quod illa passim ab aliis collecta haberentur, permisit tamen me quorundam consilium, quo
bue visum est aquum esse adiungi quod nulli quidem obesse, si adesset, à multis verbis, si abesse, fortasse desiderari poterat. Itaque feci, quod video, ex Gallicio nostris latinas preces aliquot, non inuitus, tu tibi ac
mibi communiter, & candidè vtere, ac vale.

INDEX PRECATIONVM.

- 1 Matutina, à sommo.
- 2 Vespertina, ante somnum.
- 3 Sacram Missam audituri precatio.
- 4 Poenitentis ante confessionem.
- 5 Methodus sui ipsius explorandi.
- 6 Precatio à confessione peccatorum.
- 7 Parantis se ad sacram Synaxin.
- 8 Quædam capita in eam rem accomoda.
- 9 Precatio à communione.
- 10 Antequam verbum Dei audiatur, vel Catechismus.

P R E C A T I O M A -
T V T I N A .

Vm me ex infinita mortalium turba, optime, ac sapientissime Deus, in tuam olim seruitutem asserueris, hoc imprimis à te flagito, vt omnes animi mei motus, & cogitationes ita componas, ne qua mea sit actio, tuæ non amica volūtati, cui me semper morem esse gessurum sponte profiteor. Sed cùm mearum ego virium imbecillitatem ita perspectam habeam, vt ea quæ mihi à te præcepta sunt præstare non possim, tuā opem, ac benevolētiā, sine qua inanes sunt omnes mei conatus, per Christi filij tui meritum, sup-

S 4

plex imploro . Hæc enim vitæ
meæ ratio, ac status (*quis ille sit scor-
sim quisque exprimat*) tot ærumnis
quatitur, ac tam variis impedi-
mentis distrahitur, vt nisi mihi
sis autor, atq; Dux perpetuò, ægrè
diem hæc victurus sim quin vo-
ce, aut certè aliqua suspicione a-
nimi proximis, quod scelus est
nefarium, incòmodem . Atque
adèò tantam in me morum cor-
ruptelam, tamque inueteratam
mihi peccandi consuetudinem
inesserentio, vt vix, ac ne vix qui-
dem, dies hæc sit abitura, quin
me aliquo flagitio (*exprimantur ea
ad qua prioniores sumus*) improbè cō-
taminem . Tuis ergo, suauissime
pater, aquis illius cœlestis gratiæ
vberrimis, vitiorum meorum ar-

dorem restingue, eripe me gra-
uiissimo tuo furori, ac iræ tuæ
iustissimæ, & sic omnes corporis
ac animi mei sensus occupa, ne
villus in me satanicis incurioni-
bus, atque impuris spectris lo-
cus super sit. Quod si tantus fue-
rit virtutis meæ impetus, ut
oppressæ rationi confessionem
vel leuissimam in scelus aliquod
extorqueat (robur enim meum
sentio quam sit exiguum) condon-
na, & remitte mihi noxam, amâ-
bo, Pater, ac me luto nequitia
creptum mox ablue, mentem
que sceleris admissi pœnitentia
etiam dignare venia, ac spe
misericordia tuæ præsentis, quâ
ego constanter in Christi resu-
filiij tui sanguine, præstolabor.

S iii

Tibi quoque summo omnium parenti , ac moderatori certissimo , meorum , quibus aliqua ratione deuinctus sum , nomina , famam , opes , vitam , industriam , cæteraque id genus omnia . sisto , vt ea tam tuæ laudi , ac gloriæ perpetuò cedant , quam eorum incolumitati , atque salutib[us] bene vertant . Ego quidem Maiestati tuæ spondeo , me tuis ita mandatis obtemperaturum , vt vita , ac rerum omniū periculum & iacturam potius sustineam , quam deliberatam , ac animo conceptam tuæ bonitatis offensionē . Quam ergo , te mi Deus , à prima iam ætate , meis ego cogitationibus , ac rebus sanctè , tēque auctore suscep̄tis , sensi propitium , tam

te ad extremum usque vitæ finem,
& donec ex hac ergastulo in li-
bertat tuæ familiæ emigrauero,
placabilem, ac benignum expe-
riar: ac iube, ut nusquam non ad-
sit mihi cœlestis ille meus custos,
Angelus, quem curæ, ac rebus
meis ita præfecisti, ut bonarum
in me sit instigator ac impulsor
cogitationum, & operum, lon-
gèque impurum illum Genium à
me summoveat, suaque, ne me
opprimat, auctoritate cōpescat,
cœlo paulo post fœlicius afferen-
dum. Per I E S V M Christum, Re-
demptorēm meum, in unitate
Spiritus sancti. Amen.

S. iiiij.

ORATIO VESPER-

T I N A.

MAgne parens, ac Diuine re-
rum Opifex, qui diei nocte
sapientia singulari subiicis, cor-
poribus nostris reficiendis ido-
neam, precor te supplex, per v-
berrimum Christi filij tui, ac li-
beratoris mei sanguinem, ne mi-
nore mihi sis prætidio in hac im-
minente rerū caligine, quæ mor-
tis est umbra quædā, quam, dum
sol terras illustraret, extitisti: pro-
pterea quod vndique me, ac nul-
lo nō temporis interuallo, hostes
mei grauiter adoriuntur & op-
pugnant, nec aliam mihi quie-
tem in somno ferè permittunt,
quam quæ tristibus, ac impuris
sæpe spectris illiditur. Et quem-

admodum cùm diem hanc ma-
tutina luce excepti , ignorabam
quænam hora mihi vespertina
superueniret , nisi quod ope me
tua video in columem esse serua-
tum , ita qualis hæc mihi nox fu-
tura sit , extrema necne , prorsus
nescio , quòd satis intelligam tām
noctu me quām interdiu (si sic
velis) interire posse . Sed hæc qua-
liacunque tandem eueniant , pa-
rum me mouent , modò te mi-
hi placatum , ac exorabilem esse
sentiam , vitæq; , ac necis meæ
rationem , laude atque gloria tui
nominis definias . Ego me tibi ,
fateor , expergefactus obstrinxer-
am ,(tua duce , ac comite bene-
uolentia) nihil aduersus leges , ac
voluntatem tuā hodie commis-

serum . Sed , heu , quām parūm
verax fui ! quām male pollicitis
steti ! Tibi enim Deo , cogitatio-
num mearum arcana perspicue-
intuenti , rationēmque vitæ meæ ;
melius quām ego ipse , subdue-
ti , libens nequitiam meam con-
fiteor , & peccatum quod in te
admisī , (quale illud sit paucis , ac ita
significanter , ut animum pungat , expri-
matnr) dētestor , ac lugeo , me-
que ipse reum mortis æternæ per-
ago , bonorūmque omnium qui-
bus te amicos tuos beare velle di-
xisti , exhāredem esse pronuntio :
At ne sic tamen vnquam tui fau-
oris ac misericordiæ expes ero , sed
eam à te , domino clemētissimo ,
per Christi i e s u labores , atque
merita obnixè flagito . Quòd si ,

quæ tua est pietas singularis, vitam
mihi diem usque in crastinam, &
paulò amplius, prorogaueris, stu-
diosius quam antea victurū esse
me polliceor, resectis acerrimè
causis, ac instrumentis quæ me in
peccatum, atque tui, heu me mi-
serum, contemptum induxerūt:
tametsi quid ego tibi, vilis, atque
imbellis homuntio, sine tua ope,
atque gratia pollicebor? inanes e-
nīm spes meas omnes, ac irritos
conatus fore non ignoro, nisi te
mihi propugnatorem, atque ca-
duceum præbueris. Tu interea,
suauiissime pater, ad sis mihi ser-
uator, ac custos, & mentem
meam, atque corpus ita tuere, ne
ulla labe, aut impuritate conta-
minentur. Sed & meorum quo-

que , & eorum quibus quantum
ego debeam , nosti , curam susci-
pe, (*bis illi obuer nominentur*) eōsque
ab omni calamitate , atque dam-
no, si quod illis ingruit, benignus
assere , quod sic illis ac mihi sup-
plex postule , vt non minus sis
in hanc vrbem , atque adeò re-
gnum hoc totum , blandus ac li-
beralis , vt tam tibi sit honori, at-
que laudi , quam non ignorat se
tuo nomini pridem esse conse-
cratum . Audi me , mi Deus , mi
parens , signumque tuum spirita-
le sic imprimere cordi meo , ac ipsis
certe visceribus , vt crucis tro-
pheuni semper p̄æ me fero , In
nomine Patris, & Filij, & Spiritus
sancti , Amen.

PRECATIO, SACRAM.

MISSA MA AVDITVRI.

O Summe, ac præpotes Crea-
tor, cùm tibi res ac salus no-
stra multò quām nobis ipsis sine
magis commendatæ, tu ad me-
moriā bonorum omnium per-
petuò retinendam, quibus ex di-
lectissimi filij tui. i s v Christi,
morte acerbissima, nos abunde
cumulasti, certo consilio sanxi-
sti, vt illo autore, ac ex eius edi-
cto Ecclesia, suorum sacerdotum
ministerio, corpus, ac sanguinē
illius in augustissimo Missæ sa-
crificio tibi offerret, & tam ar-
duum, solaque fide peruestiga-
bile mysterium, ex eo die, quo
cum suis mœstus discipulis illud

ritè peregit , magno tuorum o-
mnium beneficio , ad finem usq;
sæculorum omnium , perficeret .
Ac ne suauissimæ huic parenti ,
ac Reipublicæ nostræ tam præ-
clarè olim constitutæ suum dees-
set sacrificium , visum est tibi il-
lam ipsam hîc in terris ei obla-
tionem quotidie tibi , Deo suo ,
exhibendam , relinquere , quæ iugi-
ritu , ac lege perpetua in cœlo mi-
rificè sistitur : sed ita tamen , vt
hîc quidem alieno ministerio , ibi
sua ipsius functione , hîc externis ,
ac aliunde accitis signis obiectus ,
ibi coram , & in beatorum om-
nium conspectu , pro cuiusque
regni conditione , ac Ecclesiæ vel
pugnantis , vel iam beatæ statu
variè Christº offeratur . Hîc porrò

Ambro.
6.1. of.c.
48.

quātusq; à nobis colligi potest
fructus , satus , & auctus est in cru-
ce : & quæ nostris hīc sensibus , ac
naturæ legibus superiora vidētur
esse , vt vnum ac idem Christi
corpus tot simul , ac tām disiun-
ctis locis existat , hæc diuinæ tuę
potentiæ , ac cœlesti verbo , cui
peruia , ac facilia sunt omnia ,
committimus .. Tām enim illi
cœlos se concendisse edicenti
credimus , quām verè , ac reipsa
in Sacrosancto Eucharistiæ my-
sterio se existere cōfirmanti , cùm
vna sit vtriusque facti natura , ac
veritas , quæ sola fide potest com-
prehendi . Aequum est enim vt
multò plura possis , ô pater , præ-
stare , quām nos assequi , & si que
abs te fiunt omnia sub sensum aut

rationem nostram caderet , quid
in tuis actionibus esset nouum,
quid excellens , quid admirabile?
Tuum est ergo mirificè in rebus,
cùm voles operari , & meum est,
infinitā illam vim tuam modestè
amplecti. Quod superest (quo-
niam non ignoro quām tibi gra-
tæ sunt actiones , quæ ex puris a-
nimis proficiscuntur) perpurga ,
quæso , imprimis sacerdotis qui
se tuo altari sistit, pectus, ac men-
tem , vt diuinior illi ipsi fructus
suæ oblationis existat : deinde sic
mentis meæ , ac cogitationum
mearum recessus peruade , ac e-
munda , ne quid sit in me quod
sanctitatis tuæ candorem abster-
reat , nulla labes , quæ me suauis-
simo huius sacrificij fructu quem

pre-

præsentē mihi polliceor, priuare possit. Etenim cùm ex tam multis quæ huic mysterio adhibétur, ceremoniis, nulla vi, ac pondere suo careat, sed omnes Spiritu sancto autore sint institutæ, quidni ad eas sim attentus, & eius utilitatis, quæ inde promanat certissima, studiosus? Da, pater optimè, maxime, vt ex hoc uberrimo bonorum omnium fonte, aetates omnes, ac ordines non nihil, pro cuiusq; statu, roboris aduersus vitia, ac omnes Dæmonū insidias, hauriant: Da ex huius sanguinis tui vi ac efficientia Ecclesiæ tuæ ordinibus in fide constantiam, in moribus sanctimoniam, in officio solicitudinem: Da Regi nostro, Senatū probum,

T

populum fidelem, exercitus fortes, imperium securum, domum tutam, vitam prolixam, orbem pacatum, & si qua sunt alia Principis, & hominis Christiani vota: Da denique legum custodibus iusti, & æqui studiam, militibus nostris iunctam cum mansuetudine moderationē, ciuilia exercitibus liberalitatē, concordiam ciuibus, coniugibus castimoniā, parentibus gravitatem, filiis obedientiam, sapientiam senibus, iuuentuti pudorem, virginibus pudicitiam, improbis pœnitentiam, hæreticis conuersionem, paganis fidei lucem, & omnibus deniq; quibus aliquid me debere intelligis, vires ac animos suggerere, ad æquissimarum legum tuarum ob-

seruantiam, ut omnes tandem in
tuo filio dilecto ex morbis no-
stris recreati, te cum Spiritu san-
cto in sublimi illa, ac cœlesti Hier-
usalem æternis laudibus celebre-
mus, Amen..

P R E C A T I O A N T E

Q U A M Q V I S A D P R E C -
catorum cofessionem
accedat.

SVmme Deus, ac misericor-
diarum Pater, cùm multa sint
quaæ me vehementer discruciant,
tâm hoc certè potissimum, quòd
cùm tot ac tâm magnis sceleri-
bus vndique sim pollutus, atque
coopertus, eorum tamen vix vi-
lam partem agnosco, aut sentio,
sed ita totus in malis meis hebes

T. ij

sum, sic in flagitiis, inquam, meis
dormito, perinde ac si de mea
iam salute, deque tua benuolen-
tia planè securus essem. Cui qui-
dem nequitiax mie tam profliga-
tax, quodnam adhiberi potest à
me remedium aliud, quam ut te
inspectante lugeam, ac gemam,
& hinc quidem gratiax tua splen-
dorem ac lucem qua tenebrarū
mearū caligo discutiatur, postu-
lem, illinc verò timorem tuum
flagitem, ac seriam in malis pœ-
nitentiam, qua durum hoc, &
adamantium pectus meum ad
contritionem emolliatur? Quò
magis autem id à te sperem, facit
ea, quam naufragis à baptismo
obiecisti, secunda tabula, id est
Sacramentum pœnitentiax, in

quo ex infinita tua bonitate, Sacerdotes nostri, soluunt, ac ligāt, retinent, ac remittunt scelera eorum, quos huic se veniae idoneos præstitisse, ex ipsorum confessione compererint. Huc ego totus nunc, pie pater, contendō, peccatorum meorum pondere perquam fatigatus, ut ea omnia coram te deponam, Christique filij tui domini nostri sanguine purissimo perpurgatus, tuarum promissionum fructu suauissimo reficiar. Et nunc demum incipiam vitæ meæ rationes accurate subducere, eroque mihi ipsi tūm accusator, tūm testis acerrimus, nullumque meorum scelerum eos celabo, qui mihi sunt Iudices à te in tua Ecclesia constituti, quibus

T. iij

singulatim sic arcanos animi mei
motus retegam, vt singulis mor-
bis, remedium præsens adhibeāt.
Quòd si peccata post hāc meam
quantam cunque diligētiam, quæ-
dam mihi non perspecta, vt eo-
rum numerus planè mihi est in-
finitus, adhuc intus hæserint, po-
stulo supplex, mi Deus, vt à te
hæc omnia benignè condonētur,
omninoque deleantur, interea
dū ego tibi hæc, quæ me magno-
pere premūt, cum lacrymis enu-
mero (*recenscantur hæc peccata quæ ma-
gis angunt*) quibus iam mihi vi-
deor à te veniā impetrasse, dū
paulatim cordis mei gelu lique-
scere, rigorēmque intus emolli-
ri sentio. Ad hæc porrò, te vidē-
te, Pater, beatisque omnibus il-

sis, ac immortalibus animis intentibus, testor, nunquam me, te duce, id commissurum, ut tuas denuò leges pessundem, mèque his amplius criminibus inuoluā, daturus certè operam omnem, ut omnes male agendi occasiones amoliar. Et tam quoque lubens cā pœnam mox subiturū me profiteor, quæ mihi à meo Pastore indicetur, quam omnem iniuriam iis reuaito, qui aliqua me affecissent, à quibus rursum postulo veniam, si quā illos imprudens, aut certè volens lassissim, mèque cuiuis ex æquo, & bono satisdaturum, quoad eius fieri poterit, recipio. Quæ vt à me omnia ritè perfici queant, tuam ego, clementissime Pater, opé, per Christi

T iiiij

I E S V sanguinem , imploro , tū
bique in vnitate Spiritus sancti .
laudem omnem , atque honorē
exopto . Amen .

PRECATIO POENI-
TENTIS A CONFES-
sione Peccatorum .

O Clemens , ac benigne Crea-
tor , qui mihi nūc certum in
animi mei calamitatibus perfu-
gium extitisti , gratias ago immor-
tales tibi , quòd grauissimam pec-
catorum meorum sarcinam de-
posuerim , & vetere illo prorsus
Adā abiecto , nouæ vitæ cursum
ingressus sim , quem vt te autore
suscepi , sic precor , vt adiutore
perficiam , confirmata in me ea

voluntate, qua me omnino cumulate beasti. Neque vero iam tuorum ego sacramentorum vim ac robur ignorare possum, propterea quod maior me multo nunc afficit animi tranquillitas, ac mentis laetitia, quam priusquam peccata mea ex prescripto tuo, confessione legitima, expiassem, nunc enim planè sentio, ubi delictum antea abundauerat, gratiam multo copiosius superabudare: quamquam nemihil quidem id audeam polliceri, melius me videlicet imposterum atque sanctius victimum, quam olim, nisi tuo me praesidio, ac favore tuearis, atque conserues. Et profecto quod ad me attinet, sic omnes flagitionum occasiones mihi praecidam, tamque singulis,

momētis, tuæ gratiæ cupidus au-
ribus tuis adero, quām summam
cius mihi necessitatē incumbere
non ignoro, vix enim quicquam
ego vel aggredi potero, vel perfi-
cere, in hac virium mearum im-
becillitate, nisi me tu ipse auxilio
tuo confirmes atque suffulcias.
Agnosco nunc demūm, optime
parens, quantum sit præsidij ac lu-
cri spiritualis repositum in huius
sacræ confessionis vſu, ad quam
multò me, quām antea frequen-
tius accessurum polliceor, quam-
uis non me lateant carnis ac Dæ-
monis insidiæ, quibus quoties à
tām sancto opere sum reuocat?
& quid superest adhęc nisi vt mi-
hi ipsi sedulò caueam, ne deterior
iterato lapsu fiam, adeoque sim

in rem meam ipse attentus, ne vel minimum quidem peccatum in me dissimulē, quod non acerbè corripiam atque castigem? Quia in re tūm ego demūm præclare proficiam, cùm meas ad examen virtutis actiones accurate, sub notem quotidie reuocauero, notatis iis quæ vitiosæ fuerint, vt tuo cœlesti beneficio deleantur: eas autem quas secundum te re-
 etas, ac iustas deprehendero, sic tibi vni adscribam, vt tām te bonorum omnium meorum, si quæ vñquam à me fient, autorē prædi-
 cem, quām certissimum impos-
 terum spero habiturum adiuto-
 rem, per Iesum Christum, filium tuum, in vnitate Spiritus sancti.
Amen.



METHODVS IN-
QVIRENDI IN SEIP-
sum, quotidie sub nocte..

Cum nihil tam est resu hominis Christiani, quam gratia dei in baptismo acceptam sic exornare, ut eaduce, quam optimus ac sanctissimus euadat, veteres illi patres, quorum vestigiis aequum est nos insistere, ad id imprimis conducere existimamus, quotidianam ritae sua disquisitionem: Primum quidem, quod ea sit ratio compendio agnoscendi sui ipsius, dum causae vitiisarum actionum in nobis ipsis ferè semper inhærenter deprehenduntur, quos nisi demus operam, ut quam primum summovemus, ac euellamus, indigni sumus, qui virtutis nomine profiteamur: Deinde id etiam cōsequimur, ut ex frequēti vitoriū nostrorū commoratione, via nobis extet facilior ad eorū confessionē coram sacerdote perficiendam,

alioqui enim, ex negligentia malefactorū non solum obliuio, verum etiam cōtemptus, (quod est nequissimum) nasci solet. Sic ergo ordiemur.

1. Benefiorum quae nobis à Deo non in genere solum, sed singillatim maximè collata esse senserimus, eo præsertim die, rationem diligenter subducemus, ac numerum, siue hęc animum solum siue corpus etiā spectent, & de iis obnixè gratias ei agemus, & habebimus.

2. Deinde precalimur, ut qui vitam nobis in eam usque horam produxit, ad meliorem eius rationē ineundam, is nobis mētis aciem acuat, ad errores dignoscendos quos eo potissimum die admiserimus.

3. Tertiò singulas diei præteritæ actiones expendemus, tūm voces, ac ipsas denique cogitationes, primū quidem ab iis exorti viuis, quae nobis domesticamagis esse senserimus, quorum & pondus, & numerum notabimus: Deinde disquirēmus quae sit

vita nostrae ratio, ac status, & quid in eo genere peccati admitti potuit: Tertio videbimus quibus cū versati fuerimus, & qua in re hic labi, ac errare potuimus: Postremo, à nobis ipsis exigemus, nunquid eorum quippiam omiserimus, qua conscientia nobis ut prestaremus, suggererit.

4. Quartā denique veniam à Deo, demissō, ac humili animo rogabim⁹, sed his dubiis tamen obsecratis rebus, primum, ut reos nos aeternæ mortis iampridem esse coram eo agnoscamus, ob eamque maximè causam, bonitatem eius atque clementiā flagitemus: Deinde spem animo meliorem concipiamus in posterum, vita castigatoris, quam & verbis cōceptis exprimamus, & omnes vitiorum causas, ne fomentā nos abiecturos polliceamur, eius tamen ope, sine quo inepta esset & temeraria nostra contentio, per Iesum Christum. Amen.

**ORATIO ANTE VSVM
S A N C T I S S I M A E
Eucharistiaz.**

O Summe, ac uberrime bonorum omnium fons, Deus ac pater mihi, Christe, cui parum visum est in gratiam nostrum omnium mortem acerbissimam operere, & ad quietem animis nostris comparandam, vetusque illud interitus nostri chirographū planè delendum, sanguinem profundere, nisi corpus quoque tuum ac sanguinem, in cibum, ac potum suauissimum, admirabili mysterio, nobis, ac iis omnibus, qui baptismo tinti sunt, exhiberes, supplex ego, & fame ac siti confessus me tibi suscio, (quando ita

iubes) vt teipso , Deo , tuis planē
sumptibus reficiar . Sed heu, me ,
mi seruator, tām sordidatum, ac
sordidum, adeōque tuis oculis in-
dignum, vt cūm nō sim nuptiarū
veste exornatus , præter dedecus,
ac ignominiam, pœnam grauiſſi-
mā quoque non possim non for-
midare , tām enim nudus ac in-
ops sum , vt vix me tegat aliud
quām exigua quædam bene ac
beatè viuendi cupiditas, quam &
ex tuis quoque thesauris me ac-
cepisse non ignoror , propterea
quòd nullum in meis , qui nulli
sunt, tale esse potuit, quod in due-
rem, ornementū . Quod etī quā-
tūm apud te possit , satis intelli-
gam , parum est tamē admodum
ad benevolentiam tuam serio in-
eun-

eundam, & gratia tuae, ac bonorum omnium tuorum in me accessionem promerendam. Nec enim tam ego fidem sacrosancti huius mysterij in me video esse, quanta opus esse censes, tametsi nulla subit animū dubitatio eorum quæ mea me religio docuit, sed tamen à te vehementer peto, ut in eo ita me confirmes quod ibi mirificè operaris, ne vlla me capiat vñquā inuestigandi, quod tam obscurum est humanæ menti, cupiditas. Atque hoc quidem impriūmis profiteor, in idque vitā ipsam hanc, si voles, impendam, corpus ac sanguinem tuum, verè, ac reipsa, & vt aliquid amplius dicam, ὅσιοῦ ὥστη, in hoc sacramento esse, in eōq; sisti, mutata gloriē.

V

torum substantia, verbi tui omnipotenti efficiētia, quicquid ea de re sentiant iij, qui sacrī intersunt, nec enim sanctiones tuā, ac instituta ex hominum arbitrio, sed ex volūtate, ac decretis tuis proficiuntur, ac pēdent. Hanc ego veritatē signis latentē ore accipere, atque sugere impræsentia cupio, sed hac fide quam ego professus sum, ne mihi quod saluti esse debet, ruinæ sit ac exitio, velut iis esse solet qui ad te malis opinionibus imbuti accedunt. Et hanc sanè tam breuē ac expeditam confessionē meā quin approbes magnopere, non vereor, est enim ad fidei catholicæ normam facta omnino & composita, sed quod me vehementer angit, ac discru-

ciat, est ipsa malefactorum meorum conscientia, quæ me, ut quam longissime hinc ex oculis tuis subducā, admonet. Quod si spes hæc non me totū recrearet, fore, ut quò magis ad te accessero, eò sanctior, atque emaculatior futurus sim, ne mēte quidē concipere auderē, quod impræsentia sum faturus. Sed quoniā in hac spiritali timoris, ac pietatis lucta, equum est, ut hæc illum superet ac vincat, me rerum omnium egenum ac inopem coram te sistam, ut diuite tuo splendore eniteā. Quid autem non mihi tecū, deus meus, vltra accedet? quid mihi, cū meus eris, & ego tuus, ad summam beatitudinem ac lætitiam deesse poterit? tu, quæ mihi adgnata sunt,

Vij

auferes, & quæ tibi cognata , lâr-
gieris : mea sunt porrò quæ abo-
minor, sceleræ, tua verò quam ex-
oscular, Gratia. O quam ij quibus
hîc cœlestis Cibus vel ignot⁹ est,
vel insuauis, longè aberrat à recta-
virtutis via, q̄ non possunt, vete-
rem hominē cum actionibus suis
exuere, & auaritiā liberalitate, ca-
stimonia libidinem , gulam so-
brietate, Iram māsuetudine, Cha-
ritate inuidiam, superbiam humi-
litatem, diligentia socordiam, dica-
citatem modestia cōmutare? Hîc
enī, quam in alia quavis fidei
nostræ actione, amplius roboris
ac virium aduersus vitia nostra
accipimus , & in tāta tot honorū
cœlestium , ac incredibilium be-
nefiorum multitudine, qui fie-

ri potest, vt in angelorum puritatem , ac Dei prope naturam , cui confortes h̄ic efficiamur , nō emigremus ? Neque vero aliam ob causam mundus in dies labasceret , & in degenerem quendam statum inclinare mihi videtur , quām quod non , vt olim , cū animi ad pietatem feruerent , ita nūc quoque ad has castior , ac purgatior epulas , tua liberalitate paratas , aduolat . Atque utinam , vel nūc saltem , (nec enim hactenus mihi te satis propitium hac in re præbui- sti) dūm totus tibi adhæsero , tu mihi funditus radices vitiorum meorū (familiariis magis recensēatur) excinderes , mēque semel à tām improbis dominis aſſereres , quod tām tibi factu non arduum est ,

quām mihi commodum, ac salutare mutari in alium virum, ac planè meipso multò meliorem evadere. Hic ego te interim, Deus, ac seruator mi, adoro, Sacramēto admirabili delitescētē, meāmque fidem in ea quæ videri non possunt, sustollentem, totum hīc, & totum in cœlis existentem, neque minus hīc quām illīc mei amantem, nostrāque omnia peruidentem atque procurātem. Da pater, ne quam ex hoc sacro cōuiuio, spero me animi tecum, ac Ecclesia tua coniunctionem relaturum, vnquam mihi dispereat, eōsque, quorum antea&t; vitæ flagitia in scelestissimos errores aduersus tuam hanc institutionem impulerunt, in lucem veritatis re-

uoca , vt nobiscum te Duce ac
Magistro, conseruentur. Ne vero
nobis eorum sacrilegium impin-
ge, qui passim tua fana spoliarunt,
res sacras polluerunt, teque in hoc
tuo augustissimo mysterio ludi-
briis , ac maledictis incesserunt :
sunt enim illa eiusmodi flagitia,
vt nobis quidem inuitis commissa
sint , maxime vero flagitantibus
necdum puniantur . Aequum est
tamen , vt tu te Ecclesiae preces,
ac amor ad benevolentiam ac be-
nignitatem potius , quam alienae
& impiæ synagogæ temeritas ad
furorem , ac vindictam impellaat.
Excipe me Christe I E S V , ac ma-
culas meas sanguine tuo abster-
ge, qui viuis & regnas cum Patre,
& Spiritu sancto, in secula. Amem.

QVAEDAM CAPITA,
SACRAM SYNAXIN
percepturo accuratè
expendenda.

1. *Vm prima sit huinc Sacra Cœna
Opars, veritate corporis ac sanguinis
Christini, eiusque certam, ac corporalem,
licet non aspectabilem, presentiam asserere,
legi poterunt in eam rem quæ Catechismo
definiuntur capite quarto, lectione decima,
& deinceps. Postquam vero tu te eo modo
1. Cor. ii. probaueris, quo iubet Apostolus, & Eccle-
sia Catholica sanctione sua explicat, id est,
peccata, si qua sunt, ut sunt quamplurima,
Sacramēto pœnitentiae expiaueris, hac bre-
uiter meditare,*
2. *In primis quæ spectarit Dominus Ie-
sus, cum corpus ac sanguinem suum, nobis
in alimoniam conseraret, ut quam ille no-
bis comparabat virilitatem, studiosè exqui-
ramus, ac percipiamus. Et planè hæc inter-*

ceteras si non postrema ratio, que illum ed
permanit, nempe, ut non animo solum, quod
fide ac ceteris virtutibus fieri solet, sed cor-
pore quoque cum ipso ita iungeremur, ut
caro de carne, & os de ossibus eius fieri-
mus, idque accepta, ac transmutata eius substi-
tuta immortali, minimque iam amplius
interitui obnoxia, cuius vi in spem resur-
rectionis aleremur, & sic quidem mortem
obiremus, ut paulo post tamen dicto omni-
bus die, conformes eius splendori, ac, ut ipse,
immortales surgeremus, vitaque perpetua,
gloria eiusdem cohæredes, ac in carne no-
stra beati, frueremur.

3. Ad hac cum nihil tam sit ceducum, ac
labile quam beneficiorum que diuinitus ac-
cepimus, memoria, voluit mortis, quam ad eam
crudelem ac acerbam nostri causa perpet-
sus est, commemorationem nobis esse perpe-
tuam presentem, ut nunquam dies ille nobis
excidat, quod sanguine suo nos a peccatis
nostris abluit, vitaq; ac spes, reas planè,

Ephe. 5.

Iren. lib. 5
Tereu. de
Carne
Christi.
Cyril. in
6. Ioan.1. Cor. 11.
Chrys. i.
bid.

*E*t morti obnoxios, restituit. Quoties ergo nos sacrum hoc mysterium peragimus, eiq[ue] participes adsumus, aut illud solum religiosc intuemur, h[ab]ereat animo nobis, quid seruator, ac Dominus noster in nostram omnium salutem pertulerit, qualisque nos adhuc sus tam profusam sui bonitatem esse deceat:

4 His accedit, quod cum Sacrum hoc c^{um}pulum, nobis sit tanquam signaculum quadam, atque confirmatio honorum omnium, quae testamento suo nobis Christus legauit, eique hac veri sui corporis ac sanguinis praesentia, velut inclusa, statuamus omnino nos hoc esu, ac usu, et beneficio praesentis testatoris, sumere simul et cumulate habere quae nobis eius morte parta sunt, quaedam quidem re ipsa, nimirum gratiam, ac virtutes quam plurimas, quadam vero spetantium amplectimur, Resurrectionem videlicet, et gloriam. Quamobrem intendimus nobis est, ne huic mensa mente profana, ac polluta conscientia assideamus, id enim esset

Mat. 26.

Luc. 22.

Cypr. de
cœna do-
mini.

Christi corpori, ac sanguini iniuriā summā inferre, & quæ vitæ causa nobis relictā sunt, in nostram ipsorum necem, ac interiū transferre, sanctū inque ac integrè nuncupatum ab eo testamentum, quantum in nobis situm est, antiquare.

¶ Est hoc quoque sacrum mysterium à Domino nostro institutum, ad mutuam inter nos ipsos animorum confessionem, charitatē inque studiose nutriendam, sanctām que in uicem amicitiam retinendam, ut qui omnes ubique uno pane, ac calice, id est, carne & sanguine Iesu Christi alimur, unā quoque fidem, eandem religionis formam proficemur, idem denique vicissim pietatis vinculum retineamus, & cum capite ac seruatore nostro, tanquam eius corpus, euā apόγως, coalescamus. Quām porrū nobis præsens, ac sancta debet esse, tam diuina, ac cœlestis cum Ecclesia Christi, communicatio? quo thesauro non erit pretiosior hac tam nobili, atque eleganti corpore con-

1. Cor. 10. d.

Chry. de
rodit.
ud.

Aatch.
.d

Chrys. i
.Cor. ii.
iomil. 60
ad pop.
Antio.

iunctio: nihil enim magis nefastum esse potest, q̄ à bonorum hominum cœtu, tanquam putre mēbrum à corpore reucci, quod sis omnino contingit, vel qui nonis, & sacrilegis opinionibus præpediti veritatem hanc explodunt, atque obruere conantur, vel quibus recta quidē est in Deum fides, & hoc sublime sacramentum, veritate sua constans agnoscunt, sed flagitiis cooperati, ac improbitate vitæ contaminati, seipso diuini muneris fructu priuant, eiusque r̄su, lege & sanctione publica arcentur, in casu que sunt, cur saepe mutua Christiani orū inter se odia flagrent, & sacra dilectio disindatur. Ad hoc ergo altare accessurus, quod edicit Christus faciat.

6 Est præterea huīus mensæ cibis ciuimodi, ut eo vires animi mirificè recreentur, & exaugeantur aduersus hostes quibus cū nobis est perpetuo dimicandum, & qui consilia nostra omnia, atque studiosas actiones vel impedire, vel irritare & inane-

reddere contendunt: ad de nihil tantum lures nobis adferre ad rerum, nostrisque cognitionem atque gubernationem, qui in hoc sacrum epulum, nullamque maiorem esse posse vim ad sustinendas que quocidie incidunt, turbas & calamitates, quamque pectoribus nostris, hoc cibo partis, instillat. Quare equum est nos eò proficiisci omni virtutum genere ornatos, aut certè voluntate gregia, animique demissione modesta præditos, ne si ueste nuptiali caruerimus, è cibario agni cum dedecore, ac maiore danno deturbemur.

7. Quod verò nobis hac cœlestis alimonia, non ob oculos aspectabilis, proponitur, sed signis quibusdam obuelatur, id perfetum est, tūm ut fidei nostra maius accedat meritum, dum sensui, ac rationi minus, ut equum est, quam verbo dei tribuimus, tūm ne si nobis caro porrecta ut solet in macello venire, effet edenda, & crux quoque han-risdus, horrore, ut par effet, quo tam, ab re-

Cyril.
Catech.
Myth. 3.

Cypr. de
oratio.
do. Aug.
28. sermo.
domi in
monte.

tam necessaria tamen deterreremur. Quod autem panis, ac vini forma, ac specie diuinū hoc pignus celatū exhibetur, id sit, ut intellegamus tam nobis ad benē beatēque viuendū esse cibum hunc accommodum, quā hoīno sine pane ac vino rite ali non potest.

8 Hec ubi, ac alia eiusmodi fortasse multa accuratè perpēderimus, ad excitandum in nobis servatoris nostri amorem, mētemq;
rūcē perpurgandam, poterunt in animum renocari veteres histōria, quibus tanquām figuris, Patribus olim, veritas hac, qua reip̄sa iam perfruimur, adumbrata fuit. Huīus generis sunt quæ de Melchisedech referruntur, Gene. 17. Item quæ de Agno, ac cæteris eiusmodi ceremoniis tradūtur, Exod. 12. Ad de Māna e cœlo prolapsi histōriam, Exod. 16. Sap. 16. Itē panes propositionis, i. Reg. 21. Et quod à Iustino adnotatum est de Carbone, quo Esaiæ labra repurgantur, Esai. 6. Sed et mira illa opera quibus Chri-

flus viam quandam ad hoc mysterium
communiuit, mente sunt pertractāda, sen-
simq; recolligēda vt Marc. 6.10.6. Denique
prēter ea quæ de cī^o institutione dicta sunt
ab Euāgelistis, & apostolo, (qua legi equū
effet aliquando) permulta extant homilia
D. Chrysostomi, & sermo ille D. Cypriani
nomine, institutus de Cœna Domini, quæ
magnopere, si legātur, pectus nostrum inflā-
mabunt.

9 Ac ne omitti omnino debet quod à D.
Augustino, eiusque in Christo parēte Am-
brogio consulitur, nempe, vt sic vitam nostrā
quotidiè instituamus, omniumque dictorū
ac factorum rationem habeamus, vt nostra
omnis conuersatio sit perpetua quædam ad
bas epulas præparatio. Quò magis animū
adiungere debemus ad virtutes, nōsque ip-
sos respicere, cùm hoc sacro cibo recreatis
sumus, ne si statim libidini, ac cupiditatibus
habenias laxauerimus, & in pristinam vi-
tiorum lacunam recidamus, posteriora nō-

De Ec-
clesia &
myst. nos-
contem.
Item de-
prodit.
Iude.

Mat. 12. 8

fira, deteriora sint prioribus, illudque
merito audiamus, Quam vilis facta es inc-
rans vias tuas, bonique ac religiosi non nisi
in speciem solum esse videamur.

10 Postremo meminerimus nullā esse viā
ad rūcē Christo cōmunicandum, compēdio-
fīorē, quā ut quām sapissimē eidem cōmu-
nicemus, quō magis enim nobis ipsis vīo
inferemus, omnēq; nostrām nequiciām bo-
nitate eius eluēmus, cōfaciliōr ad eū nobis
p̄mebit accessus. Nam quemadmodum au-
dax illi, & temeraria mens suam pere dī-
splicet, ita demissam, ac fibi ipsi displicentē
cupidissimē amplectitur. Quod si non ita
quotidie vixeris, ut octauo saltem die Sa-
cram synaxis sumere queas, nescio an hac
matarditas te magis, vel lōgioris temporis
spatio reddet idoneū. Hoc enim habet hæc
cælestis mens, ut quo frequentius ei asse-
deris, eō rerum quę ibi porrigitur, easadas
appetentior.

De Ecc.
do; c.53.

A C T I O -

ACTIONIS GRATIA-
RVM A SACRA COM-
munione formula.

Ratias ago tibi & habeo , ser-
uator , ac domine mi Christe
Iesu , quod tam laute cœlestibus
corporis ac sanguinis tui epulis ,
me adflictum , anteaque magnopere
abiectū exceperis : cui profectò infinitæ in me benevolen-
tiæ , ac liberalitati quid ipse repé-
dam non habeo , nisi forte quic-
quid est quod cordi meo in præ-
sentia boni infudisti , veluti quod
dam artidwpor libet accipere , id
enim totum tuum est , tibique
vni acceptum fero . O spiritalem
diuinæ istius carnis suavitatem ?
O vini , id est sanguinis tui pocu-

X

lum delectabile , virginitatis ac
pudicitiae germen ! O cibi ac po-
tus insatiabilem cupiditatem , vt
quò magis vescaris , eò minus ex-
pleri possis ? Procul ergo sint à me
curæ illæ vtrices meorum scele-
rum , quibus tam hactenus fui
diuexatus , adsit tantum mihi hec
gratia , ille fauor , illa beneficen-
tia , qua me tam beatè modò cu-
mulasti , vt nihil habeat de quo a-
nima mea conqueri possit . quid-
ni iam deprauatos motus suos fa-
cilius domet , ac compescat ? cur
non in te totum sibi adhærescen-
tē emigrabit ? Carnis porrò meæ ,
cùm tanta sit dignitas , vt purissi-
mam carnem quoque tuam ac-
ceperit , quidni se aliquando à
morte , bellè ac fœliciter victu-

ram confidat? cur se villo amplius flagitio , ac scelere contaminet , quæ te sanctimoniam parentē contigerit ? quidni sæpius ego ad has tuas tām salutares escas accedam? discute obsecro torpentem illam animi mei segnitiem, quæ me sæpius à tuo cōplexu reuocat , quo quid in vita mihi possit esse iucundius non video . Da , vt qui hoc sanctissimam tuam communicacionis vinculo in Ecclesia tua retinentur , diutissimè in eo perseverent . Da huic Regno , ac Imperio pacem , ac bonorum omnium , quæ tuam voluntati consercentur , affluentiam , errores ex animis improborum euelle , ac memento impios quidem esse illos , sed tuarum tamen manuum

X ij

opus esse omnes , quibus tu , iure
parentis certe debes opem , atque
misericordiam , quam te impel-
lente fortasse conuersis animis
complectentur : fac ut in gregem
tuum adscribantur , luporumque
faucibus tot tux diuinitatis ima-
gines eripe , ac cœlo , repurgatis
eorum animis tua bonitate , asse-
re : tot enim , ac tam acerbos mi-
serrimorum hominum , qui mi-
hi fratres sunt , interitus sine sum-
mo dolore ferre nec possum , nec
debeo . Exurge domine , & vnius
ouilis , vnicus esto pastor , vt om-
nes uno sermone ac laude ubiq;
te homines prædicent . Quibus
autem vel communis naturæ lex ,
vel alterius sacri iuris aut virtutis
vinculum me deuinxit , (qui sunt

illi probè nosti , mi Pater) da
bonorum , quæ nunquam illis e-
ripi possint , cumulum , id est ,
peccatorum veniam , securam
tuæ beatitudinis spem , & si qua
sunt alia quæ quotidianis illorum
vsi bus sint necessaria . Quæcun-
que porrò mei possunt esse iuris ,
liberos , fortunas , ac cætera id
genus , tibi , ac tuæ laudi , tuæq;
Ecclesiæ propugnandæ , de quo queo .
Cordis vero , ac totius mentis a-
dytū sic occupa , ac omnino pos-
fide , ne qua præter te eò vel leuis .
cogitatio possit irrepere . Sed &
his corporis mei membris blan-
dam vim adfer , vt lege tua rite
constringantur , ne cui vitiosæ
cupiditati , velut anteà , fese de-
dant , ac ministrant . Sit hæc mi-

X. iii,

hi dies ad male agendum postrema, ad omnem verò vitæ integritatem præcipua, sit mihi tua semper volūtas in posterum tanquam finis certissimus, in quem mea omnis cogitatio, & actio spectet, quem res omnes, quæ me vel autore, vel adiutore fient, intueantur, donec eò migrem, ubi non amplius his te inuokucris latentem, sed in summo splendore cum Patre & Spiritu sancto regnante contemplabor. Amen.

P R E C A T I O S A C R A M
C O N C I O N E M
audituri.

D Eus, & Pater Sapientiæ, qui ad ignoratiæ nostræ noctem

Illustrandam, voluntatis tuæ vim,
ac legé rectè viuendi sic literis
committi iussisti, vt essent in Ec-
clesia tua tamen semper, qui iura
nobis, ac sanctiones istas certa
voce, ac sermone perspicuo ex-
plicarent, vehementer abs te flagi-
to, vt is quē docēdis nobis, sacrif-
que rebus enucleandis designasti,
suam ita dictionem, ac concionē
instituat, ne quod ipsi verbum nō
salutare, atque tua laude dignum
excidat. Da vt iis quę dicturus est,
primum ipse in seipsum inquirēs,
fiat multò melior, deinde nos e-
ius cohortationibus, ac monitis
sanctiores, atq; religiosiores euadamus,
neque minus ex animis
nostris fructus, quàm ex illa bene
subacta agri parte, in quam semē-

X. iiiij

tis iniecta est, colligatur. Quod si
quem in hoc tam numeroso tui
populi confessu noueris, vel de-
prauatis opinionibus commotu,
in fide hæsitare, ac forte penitus
iam hereticorum lacunis immer-
sum, vel aliquot vitiorum macu-
lis inspersum, quibus religionem
suam contaminet, rebusq; malis
rectam credendi formam con-
uellat, ades, Domine, & haec tam
præfractæ mentis repagula per-
rumpe, ut ille quidem in Ecclesiæ
tuæ Catholicæ gremium reduca-
tur, hic vero flagitiis expiatis, gra-
tiæ ac fauori tuo restituatur.
Accende mætem meā, inflamma
pectus meum, ô Deus, ut accuratè
res mihi tam salutares audiam, ac
in amore tuo, planè cōsenescam.

Per Iesum Christū in vnitate Spi-
ritus Sancti. Amen.

P R E C A T I O C A T E-
CH I S M V M A V D I T V R I .

O Suauissime , ac præpotens Creator , quando ita consti-
tutum tibi est , vt prouectæ ætatis homines , non magis quām infan-
tes pueri tuo Regno Cœlesti alle-
gantur , precamur obnixè , vt eo-
laetè quod ex iucundissimis , ac
distentissimis vberibus Ecclesiæ
tuæ , parentis nostræ , fugimus , ita
nutriamur , & doctorum tuorum
industria confirmemur , ac indies
roboremur , vt quantum ætas hæc
accessionis & incrementi acce-
perit , tantum pietate ac sancti-

monia exaugeatur, vt perfecto ac
solido cibo h̄ic quidem primūm,
propediē, deinde aliquādo tan-
dem in cœlis suaui illo nectare
& ambrosia, qualem nulli nisi qui
cœlestes sunt, agnouerunt, pasca-
mur. Te verò vt bonorum om-
nium, ac sapiētia fontem vberri-
mum agnoscimus, ita vindicem
postulamus aduersus venenatos
quāmplurimorum librorum, ac
scriptorum insidias, à quibus vt
quām maximè abhorremus, ita
teneram hanc ætatem nostrā(vti-
nam s̄anes tot puerorum milia
qui prauum iter parentum suorū
ingrediuntur) puram ac innocen-
tem, tuæq; legi deditissimam am-
plectere, & foue, Per Iesum Chri-
stum, qui cum patre & Spiritu

Sancto , viuit in sæcula.Amen.

P R E C A T I O A N T E
S T U D I V M L I T E R A R V M ,
a u t l e c t i o n e m .

SVmme parens , ac sapientissime opifex , qui me animo, ad intelligentia ornasti , quibus te agnoscere , & ex tuis admirabilibus factis prædicare possem, precor te supplex , vt cumi, te Duce, me literarum studiis addixerim , mihi quoque tantas ingenij vires suggeras , quantis opus est ad ea , quæ me scire necesse est, comple-
Etenda. Quod ea tamen lege postulo vt meus omnis labor, ac industria, tuæ primū laudi , deinde saluti meæ cedat , alioqui sanè

quid ex bonarū artiū (futiles enim
& impudicas perhorresco) scien-
tia, quām certissimum exitium
~~ad~~deam sperare? recte siquidem
tuus ille edixit, Scientia homines
inflari, charitate verò ædificari.
Ac mihi quidem multò foret cō-
ducibilius, literas nullas vñquam
nosse, quām eas quidem probè
assequutum esse, vñsum verò earū
in meam perniciem conuertisse,
Quid enim pdest homini si vni-
uersum mundum lucretur (verba
filij tui, Domini mei sunt) animæ
verò suæ detrimentum patiatur?
A te ergo summam in tuam Ec-
clesiam, parentem meam opti-
mam, postulo obseruantiam, ani-
mique benevolentiam singularē,
et in qua lac me tuum primò su-

xisse recolo, ab eius gremio nulla
vnquam ratione diuellar, sed eius
commodis, mea omnia semper
impendam. Deinde cum non
ignorem, quam tuæ spiritus sa-
pientię animā improbam, & cor-
pus subditū peccatis oderit, peto
abs te tātam vtriusque puritatem
ac sanctimoniam, vt in me per-
petuò te autore ille conquiescat.
Da mihi, Deus optime, in Präce-
ptores meos charitatem singula-
rem, erga socios benevolentiam,
aduersus omnes, humanitatem.
Sit mihi chara & commendata
temporis ratio, ne rebus ludicris
illius vnquam iacturam faciam,
propterea quod sciam, quam à
me seuerēsis & huius, & pecunia-
rum, quæ mihi Parētum meorum

benignitate suspetunt, rationem
exacturus. Tibi laus, tibi gloria in
sæcula, Amen.

P R E C A T I O P R O P A-
C E E C C L E S I A E , A C F I-
dei Orthodoxæ, in hoc
præsertim Regno, cō-
firmatione & in-
cremente .

D EUS, qui multò antequā mū-
dus hic extaret, nos bonitate
tua incredibili in tuorum nume-
rum cooptasti, vt purissimis ba-
ptismi aquis tincti, tuiq; filij san-
guine expiati, Ecclesia tua pars
aliqua essemus, supplex à te peto,
vt tam nūc ei sis propitius, ac cle-
mens Pater, quam olim extitisti,

tum, cùm in summa pace esset,
ac otio salutari, tuáque singulari
benevolentia, optimis ac sapien-
tissimis Pastoribus ornata, virtu-
tum omnium genere splendoreret,
& iis, quibus iam miserè dissipar-
tur, Dæmonum furoribus, ac im-
proborum hominum violentia
esset liberrima. Heu, quām illa
nunc sibi ipsi dissimilis, quāmque
prostrata, adflictaque, & quidē
vix à suis ipius alumnis cognita, ia-
cet? tam porrò ab Ethnicis ac
profanis hominibus miserè dis-
cerpitur, tam nefariè irridetur,
adeò illam ij dilacerant, qui spe-
ciosis titulis, ac inani fuco rabiem
suam obuelant, &, cùm sint ho-
stes tui, amicos se tamē tuos pa-
lam iactant, vt vllam vix tu spon-

sam nunc habeas , & nos matrena
vllā amplius vix agnoscere posse
videamur . Quæ tamen omnia
cùm illi non sine certo numine
tuo euenire non ignoremus , hinc
quidem magnam spem concipi-
mus fore , vt mox pristinus illi
nitor te autore redeat , illinc ve-
rò vehementer formidamus , ne
cùm huius tam luctuosæ ruinæ
fons , & causa , sit flagitiosissima
vitæ nostræ ratio , non tu prius fi-
nem pœnis nostris imponas , quā
nos sceleribus , vt certè par est ,
modum statuerimus . Hæc enim
tam aspera , tamque grauia quæ
perpetimur mala , in aliam nos
causam , quam in sæculi nostri
nequitiam reiicere , nihil est aliud
quam nobisipsis imponere , &
sponte

spōte omnino hallucinari , æqui^o
verò multò, ac verius est, tibi nos
improbitatē nostrā fateri , eamq;
vberrimis lacrymarum fontibus
diluere , præsertim cùm multò
nos benignius , atque moderatius
adfixeris , quām infinitus pecca-
torum nostrorum cumulus expo-
scebat . Nam cùm non ea diuinis
Sacramentis tuis reuerētia, non is-
cuktus exhiberetur , quem opor-
tuerat , æquum fuit , vt tantisper
vſu nos illorum, violentia hæreti-
corum oppressi , careremus . Tem-
pla quoque tua cùm tam segniter,
ac raro à nobis viserētur , rebūsque
diuinis tam ignauè adessemus , &
sacræ conciones adeò oscitanter,
& ægrè audirentur , omnia deniq;
salutis nostræ munia tam præpo-

Y.

sterè à nobis obiretur, nonne me-
ritò excanduisti, nōsque tātisper
tot bonis plarisque in locis spo-
liasti, vt cōrū absentia, quid am-
sissemus, agnosceretur? Ac ne vlli
sanè tuꝝ huius Rēpublicæ ordi-
nes negare possunt, se non graui-
ter in tuas leges, atque sanctiones
deliquisse, tuamq; sapius iram in
se meritò prouocasse. Cler⁹ enim
ac sacer in Ecclesia tua status, au-
ritia, & luxu diffuebat, iuris ac le-
gum custodes & ministri am-
bitione ac dolo violenter grassa-
bātur, Principum ac nobilium vi-
rorum libido, ac effrenis impuni-
tas iura omnia pessundabat, Plebs
profusa malè agendi libertate ni-
mīum audacter lacesebat, Deni-
que summa senū cupiditas, ado-
lescentum lasciuia nequitia, perti-

nax virorum auditas, intolerabilis mulierum luxus, profana eruditorum superbia, supina mercatorum conscientia, & mens lucro semper inhians, quam longissimè tè ex animis ac pectoribus nostris summouerant, tibisque omnem propè ad nos aditum intercluserant. Atque, ut ipse de me feram iudiciam, meque reū corā te peragā, Optime Pater, sic statuo, meas vnius iniquitates ac sceleras, sua nequitia ac infinitate quadā, ad hanc te præpotentem iram sic excitare potuisse, ut hæc in Ecclesiam tuā tela omnia intorqueres, tamq; multis modis totum orbē flagellares. Sed ô nos beatos, quod tam suauiter ac benignè nobiscū egeris, & delictorum nostrorū ra-

Y ij

tiones, pro clementia tua infinita;
ita subduxeris, ut multò plura no-
bis cōdonaris, quām exegeris: sic
porrò nos in hēc turbulentā tem-
pora, ac rerum omniū desperatio-
nem quādam passus es incidere,
ut quendam (veluti spes est) eis ter-
minū tamē præfixeris, hostiumq;
nostrorū habenas in certam vīc^o
metam, vltra quam furere nō pos-
sint, tātūm laxaueris. Tu fessis, ac
tot mensium seditionibus, & exi-
liis, ac fuga dissipatis, vrbiū, ac bo-
norū nostrorum veluti portum
quendam restituisti. Tu tandem
aliquādo Regi, ac Proceribus no-
stris lucem induxisti, vt agnosce-
rent non in Religionis solum tuæ
interitū, hereticos, sed in eorum
quoque necem, ac ruinam extre-
mam (quid enim sine te diuturnū

esse potest?) cōspirasse, doctrinæq;
 illius nefariæ specie & clementito
 pietatis nomine, omne genus sce-
 lerum cōtexisse. Tu populis, & iis
 qui rerum nouarum cupiditate
 illecti, ad proditorum castra, vel
 transierant, vel an id facerent in
 dubio erant, patefecisti, q̄ nefariæ,
 ac funestæ essent illæ arbores, quæ
 tam luētuosos, ac letales sacrile-
 giorū, cedis, perduellionis, incen-
 dij, ac omniū libidinū fruct⁹ pro-
 duceret. Quid ergo iam superest,
 nisi ut quod videris, de instauran-
 da, & in pristinū splendorem re-
 stituenda Ecclesia cogitasse, opti-
 misque initii confirmasse, id a-
 liquando rē ipsa præstes, ad fi-
 nemque usque consummes? Nec
 enim quisquam est præter te v-

Y iij

num, Pater, qui domus tuæ huius
ruinas reparare, cùmque sarcam
tectam reddere possit. Id autem
præcipuè fiet, si Pastoribus qui-
dem nostris maius religionis tuæ
studium indideris, si Magistratū
familiaæ tuæ componendæ zelo
accenderis, si Proceribus acriore
fidei, ac pietatis stimulos addi-
deris, si Senes per te prouidentia,
Adolescentes moderatione, Viri
honestate, pudicitia mulieres, o-
mnes denique ætates ac ordines
singulari quisque virtute recens
imbuantur. Nam quod ad eā par-
tem religionis nostræ attinet, quæ
fide continetur, nos certè, qui tui
sumus, sic eam tuemur, & exos-
culamur, vt in ea exaugenda nihil
opus sit nobis noua demonstra-
tione, tua gratia tantum cōfirmac-

tur, atque corroboretur: sed quia
mores adeò nostros, ac vitę ratio-
nem vniuersam pessum iisse cer-
nimus, hūc tuam opem ac bene-
uolentiam, Pater Clementissime,
accersimus. Si enim, vt credi-
mus, ita viueremus, quæ gens, aut
quis in orbe locus nobis esset fœ-
licior? quænā vis, aut quodnā bel-
lorum, ac seditionum discrimen,
Nauim hanc nostram vel concu-
tere, vel dissipare posset? Sed, heu,
nos infœlices, non ita fit, non hæc
à nobis virtutis initur ratio, sed in
ipsam vitiorum abyssum s̄epe vo-
lentes ruimus, luceq; ipsa nequitiā
nostrā obtegere nitimur. At age
tamen, ô Deus, nobis adesto, & eā
vīm nobis adfer salutarem ad be-
ne agēdum, quam hæc membro-

Y. iiii

rum lex improba infert ad vitia
consectanda : nō enim quod vo-
lumus bonū, hoc s̄æpe facim⁹, sed
quod nolumus malum, illud agi-
mus, non quidem volūtatis liber-
tate destituti, sed carnis illecebra,
& lege peccati & mortis victi , &
subacti, Tāta est, cūm naturæ no-
stræ deprauatio, tūm verò inuete-
ratæ consuetudinis improbitas .
Sed ecce nostra nos tibi pectora
porrigimus, mētes pādimus, cor-
da præbemus, tu manum iis ad-
moue, vre, seca, refinge, infectum
fac, factum infice : tantūm vt no-
bis imperes, te vno , ac tuis bonis
perfruamur , tu nos vnuſ , ac no-
stra omnia possideas ac gubernes.
Quòd attinet autem ad eos qui
suis hāc tuam Ecclesiam scelestif-
simis erroribus cōtaminarunt , &

vitæ infamia conspurcarunt, seq; ipsos catholicis cœtibus subduxerunt, vt tantam, eamq; lugubrem animarum stragem ederent, petimus, vt vel ad meliorem ac saniorrem mentem eos reuoces, vel sic omnino de gradu ac autoritate qua te, conniuente, in omnem bonorum omnium perniciem prædicti sunt, deturbes, ne vnquam vsquam tuæ quicquam voluntati, nostræq; inimicum saluti cōmittere, vel velint, vel possint: Sic enim illorum nos quietem, atque salutem postulamus, ne diuturna hæc illorū in hoc tuo regno dissimulatio, ac peruersitas, nobis, ac multis mortalium millibus interitum adferat. Hæc omnia porrò, vt abs te impetremus, nostræq; & illorum saluti præclare secundum

te cōsulamus, ad tuos pedes pro-
noluimus, tuique filij domini no-
stri Iesu Christi sanguine conni-
timur, Spiritus sancti amore accē-
dimur, & beatissimorum spirituum
qui tecum sunt in cœlis, teq; iucū-
dissimè in æternitate illa tua per-
fruuntur, meritis, ac precibus cō-
fidimus. Exaudi nos ergo, ô Deus,
tuq; Ecclesia miserere, Amen.

P R E C A T I O N E H O M I-

N I S S M O B R O R E A V T

casu aliquo adflicti.

SVIMME Deus, ac omnipotens
Pater, cuius æqua lege, ac vo-
luntate prouida, bona æquè ac
mala, id est tam res aduersæ quam
secundæ nobis, calamitosissimis
hominibus, eueniunt, audi, obse-
cro, & adspice me, seruum tuum,
casu, & clade acerbissima oppres-

fum (quid illud sit, quo torquemur, exprimamus) quod etiū me plus satis fatetor cōmeritum fuisse, tēque magnis anteact̄ & vitæ criminibus in hanc meam miseriam sciam provocasse, tuām tamen opem imploro, neq; committā vnquā, vt tuā benignitatis & clementiē spē abiiciam, proptereā quōd vnum hoc mihi præsidium, & sacrā velut anchorā superesse video, nec aliunde quicquām præter impendentem mihi ruinam atque perniciem meditor. Iam quoque totus ipse mihi displiceo, adeoque me meipsius tædet, vt præter peccati mei tortorem conscientiam, vix quicquam animo cogitem aliud, quam te mihi iratum, ac minimè placabilem, ipsā inque rerū vniuersitatē velut capiti mce.

grauiter minita tem̄ mœstus ex-
paueſcā. Ah, Deus mi, quām mihi
nunc cognitæ sunt probè omnes
exactæ vitæ rationes, quām meo
nunc damno sentio, infidam ho-
minum amicitiam, spēſque meas
inanes, atque conatus irritos inter
mortales haetenus fuisse quā nūc
reipsa comperi! Quid ergo iam
amplius incusem in tot malis quę
me obruunt, q̄ adgnatam homini
miseriā, cuius omnia infirma, &
caduca, magisque ludibrio cala-
mitatis obiecta video, quām alte-
rius cuiusquam animantis, cuius
nisi voluntas, & ea pars qua tibi si-
milis est, tuo fauore & gratia ad
bene agendū confirmari posset,
& ad virtutem studio inflāmari,
quid nobis esset miserabilius,
quid infœlicius? At ego quidē iā

amplius non mihi , aut iis quæ in
me possunt esse præsidiis vel natu-
re, vel industrie, confisus, quicquā
aggrediar, sed ope tua fretus, cō-
filioq; adiutus, quod errare ac la-
bi vñquā sinit neminē, vitā om-
nem meā instituam , in teq; vno
sic totus conquiescā, vt a volūtate
tua nullæ me hominum blāditię,
aut pollicitationes , nulla carnis
meæ illecebra, nulli deniq; rumo-
res vñquā diuellāt. Næ tu, mi Pa-
ter, adesto mihi, & nulla mortaliū
vñquam præsidia requiro , da te
ipsum mihi vindicē , & cuiusuis
manus pugnet contra me, in te e-
nim deo meo euincā , & muros,
ac turres ipsas munitissimas per-
rumpā. Sed, heu me, tam serò cau-
tum, & quæ mihi ex hac malī labe
& tanquā quodā acerbitatis fon-

te redundarent mala, non prouidentem, (*occasio mali nostri exponatur*) fecissem enim tunc ne in hāc tēpestatem, quæ me penè oppressit, inciderem, lætarer nunc, & exultarem in te, cùm totus porrò tristitia métis, & animi mœfore cōtabescā. Quicquid illud sit tamen quod patior, quando nihil tuis eueniat, quod si susq; deq; ferant, non aliquādo benevertat, spero aliquam mihi olim ex hoc meo labore consolationē profecturā, quā etsi nunc in hac caligine non deprehendo, eā mihi tamen adseruas, atque componis, quò fit, vt ex hac mea clade, duplē fructū, licet agrē, colligam. Primū quod abiectus & prostratus coram te assuēscā, seueritatis tuæ pondus, & quæ ac benignitatis lenitatem fer-

te, dūm me vtrūq; iubes experiri.
Alterum quòd in hac rerū incarū
tanquā quadā deploratione , ex-
terior , quid rebus humanis fidei
impostorum habendū sit , quan-
tisq; ærumnis mihi sit redimenda
quies, qua illi altè perfruūtur, qui
cruce filij tui suauissimi, ceu quo-
dā clypeo communiti semper si-
bi similes agunt. Ago igitur, ma-
gnas gratias, & habeo iis qui hanc
calamitatis segetē mihi ministra-
runt, in causa sunt enim, vt agno-
scam quā parum virtute niteret,
dabōque operam , vt re præsentī
recte usus, futuris aliquādo incō-
modis melius prouideā. Quòd si
præter hanc, quæ sic me coquit, &
vexat, curā & solicitudinem, cru-
cem aliam velis grauiorem adiū-
gerc, patiar ego libens, tui nomi-

nis ergo, parua sunt hæc enī quæ
tolero, si cū iis quæ optimos ac in-
tegerimos martyres tuos crucia-
runt, conferantur & quæ seruator
meus, filius tuus, acerbissimæ mor-
ti obiectus, in cruce exantlauit:
huic ego me dedo, per huius san-
guinem, spiritus sancti suavitatē
postulo, lucēq; nubes animi mei
abstergentem, flagito, vt latus, &
a peccatis repurgatus, totus tibi
deo meo seruiam, donec me, ac
eos qui mecum lugent console-
ris, & in æternæ pacis, atque quietis
locum te iubente transfera-
mur. Amen.

FINIS.

Errata sic reponere.

pag. 274 lin. 13. somno. pag. 279. l. 2. hoc. 3 libertatem. pag.
294. l. 1. singillatim. pag. 297. l. 19. flagitorum. pag. 301. lin.
10. obleruatis. pag. 316. iunctio?